



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reverendi Dom. D.|| Leonardi || Rvbeni SS. Theolo-||giae
Licentiati Abbatis || Ordinis D. Benedicti Mo-||nasterij
Sanctorum Apostolorum Petri & || Pauli Abdinckouensis,
in ciuitate || ...**

Ruben, Leonhard

Padibornae, 600 [i.e. 1600]

VD16 R 3400

Qvibus Rebus Et Animalibus comparentur falsi prophetæ.

[urn:nbn:de:bvb:12-bsb10194563-1](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bvb:12-bsb10194563-1)

QVIBVS RE-
BVS ET ANIMALIBVS
COMPARENTVR FALSI
PROPHETAE.

CAPVT XXII.

FALSO S POPHETAS
esse arbores infructuosas, be-
stias malas, camelos,
canes, caneros.

1. arbores
infructuo-
se.

PRIMUM hic est quod arboribus infructuosis & autumnalibus comparentur ut D. Iudas in sua epistola ait versu 12. Hi sunt arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, id quod capite superiore septimo, fol. 69. latius explicauimus, sicut pro secundo, eodem capite 7. fol. 73. ostēdimus ex D. Paulo Tit. 1. 12. esse malas bestias.

2. bestia
mala sūt

Tertiò hos similes in limpissimis aquis turbandis, camelis esse, capite septimo fol. 63. docuimus. Quibus adde tam ex Plinio lib. 8. cap. 19. naturalis historiæ, quàm ex Aristotele lib. 14. de animalibus

5. Came-
li sunt &
quare.

camelos ardentissima agitari libidine, vt
de his

de his falsis prophetis cap. 17. & 18. ostendimus. Ad prælia item sunt aptissimi. Hinc Lutherum capite 9. fol. 93. bellicosum depinximus. Odio naturali feruntur erga equos generosos: & cibo vtuntur, materia partim spinosa. Est enim spinis plenum nouum Euangelium, quæ suffocant verum verbum Dei à Christo & Apostolis acceptum. Inter animalia immunda censentur Deut. 14. 7. Gibbosum & elatum est animal, ad thesauros ferendos accommodum. Hinc Isai. 30. 6. *Portantes, inquit, super humeros iumentorū diuitias suas, & super gibbum camelorum thesauros suos: & ad populum qui eis prodesse non poterit. Et tandem erunt hi cameli Ier. 46. 32. in direptionem, & multitudo iumentorum in prædam: & dispergam eos in omnem ventum, qui sunt attonsi in comam: & ex omni confinio eorum adducam interitum super eos, ait Dominus. Et maximè super eos, qui colant culicem, Matth. 23. 24. & deglutiunt camelum.*

Quartò similes sunt canibus, si vitia 4. Canicæ canum spectes. Vbi primò sacræ literæ eorum bolismum aut insatiabilem famè desimiles. scribentes, sic tradunt Isai. 56. 10. *Specula, 1. Fame-tores eius, prophetas intelligit, cæci omnes, lici. nescierunt vniversi: canes muti non valentes*

larrare videntes vana, dormientes & amantes somnia. Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem. Itane est vt scribit Ifaias? esse dixeris, si eorum gastrimargiam & gulam ad caput 14. superius traditam examinaueris. Sed hi etiam postmodum famem pariuntur vt canes, Psal. 58. 7. 15. 2. canis adulationi studet. Hinc cap. 20. ostendimus falsos prophetas consuere puluillos sub omnium axillis. 3. canis inter notos audax, & animosus, omnesq; obuios mordere nititur: inter extraneos ne mutire quidem est ausus. Vide quæ diximus cap. 10. quantum fugerint conspectum generalium Cõciliorum. 4. Carniuorum est animal. Hinc 3. Reg. 14. 11. *Qui mortui fuerint de Ierobam in ciuitate, comedent eos canes. Et cap. 16. 4. Qui mortuus fuerit de Baasa in ciuitate, comedent eum canes, cap. 21. 23. Canes comedent Iezabel in agro Iezrael. Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes: si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres celi.* quod impletum est 4. Regum. 9. 36. Quantum esca carniū delectentur falsi prophetæ, ex superioribus patet. 5. sanguinolentum est animal. Hinc desiderio tenentur lingendi sanguinis, sic 3. Reg. 21. 19. loquitur Elias Thef- bites

2. Adu-
latur.

4. Car-
niuorum
animal.

5. Sangui-
nolentū
animal.

bites ad Achab: *Hac dicit dominus, Occidisti in super & possedisti. Et post hac addes. Hac dicit Dominus, In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum.* Quod factum est ibidem cap. 22. 38. Vide quæ capite 8. & 15. de falsis prophetis diximus Sexto, ira exandescunt, & tanto vindictæ feruntur affectu, ut in lapides in eos proiectos subita ira rapiantur: dentesque tanta vi in eos infigant, ut proprios dentes & lædant, & nonnunquam frangant. Hinc communi sermone tritum Prouerbum apud Plin. lib. 9. cap. 5. *Canis mordens lapidem.* Ad hanc rem faciunt, quæ cap. 12. de illorum & ira & furore diximus. 7. Libidinosum est animal, ut de falsis prophetis cap. 18. docuimus. Hinc etiam est, quod in sacris literis pretium canis tam vili conditione, quàm impudicæ mulieris habeatur. Vnde Deut. 23. 18. *Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui, quicquid illud est quod vouerint, quia abominatio est utrumque apud Dominum Deum tuum.* 8. In rabiem vertuntur, ita ut homines dilacerent. *Visitabo,* inquit, Dominus Ier. 15. 3. *super eos* 4. *species, dicit Dominus, Gladium ad occisionem, & canes ad lacerandum, &c.*

6. iracundum & vindictiuum animal.

7. libidinosum animal.

8. rabidum animal.

9. *sub lin* Nonò, teste Plinio loco citato, sub lingua
gua ha- eorum est vermiculus, qui græcè Lytta di-
bent ver- citur, qui facit canes rabidos. De pseudo-
miculū. prophetarum lingua cap. 2. egimus. *Lin-*
guis enim suis dolose agunt, Psal. 5. 11. & 13. 3.
& sub lingua eorum labor & dolor. Psal. 9. 7.
 quibus Psal. 49. 19. *concinabunt dolos. Lin-*
gua enim eorum, Psal. 56. 5. *gladius acutus,*
 Sub hac est vermis blasphemix in Deum
 & sanctos eius. Sic Isaias 3. 8. *Ruit Ierusa-*
lem, & Iudas concidit: quia lingua eorum &
adinuentiones eorum contra Dominum. De
 horum blasphemijs cap. 7. fol. 74. & 75.

10. *infici-* 10. Rabie & veneno suo alios inficiunt.
unt alios. Hinc Plinius lib. 29. Naturalis historix c. 5.
Tanta, inquit, vis mali est, ut vrina quoque
calcata rabiosi canis noceat, maxime vlcus ha-
bentibus. Sic nihil est in rabido cane & fal-
 sis prophetis nõ exitiale, etiam alijs pedem
 in eorum vestigijs figentibus. Multi enim
 prophetæ cùm in Ecclesiæ gremio consi-
 sterent, & Dominico gregi prodesent: in
 rabiem hæresis postmodum acti, facti pseu-
 doprophetæ gregi certissimo exitio fue-
 runt: vt grex ipse cum Dauide dicere pos-
 sit illud Psal. 21. 17. *Circumdederunt me ca-*
nes multi: concilium malignantium obsedit me.
 Erue ergo vers. 21. à framea Deus animam

noceat,

meam: & de manu canis unicum meam.

11. Vmbra canes rabidi ferre nequeunt, illam enim allatrant: Sic falsi prophetae neq; sub vmbra alarum Domini Psal. 16. 8. protegi cupiunt, neque sub ea Psalm. 56. 2. sperant vnquam: neq; ad vmbra D. Petri miracula patrantis Actor. 5. 15. confugiunt, sed cum conuitijs laceffunt: Catholicis interim cum sponsa caelestis regis dicentibus Cant. 2. 3. *Sub vmbra illius quem desidero, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Et cum Ieremia Thren. 4. 20. *Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris: cui diximus, In vmbra tua viuemus in gentibus.* 12. Impudentissimum est & foetidissimum animal iterumq; rediens ad ea quae euomit, vt est Prou 26. 11. ad quod etiã alludens D. Petrus 2. Pet. 2. 21.

Melius erat illis, inquit, non cognoscere viam iustitiae, quam post agnitionem, retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato. Contingit enim eis illud veri pro- uerby: Canis reuersus ad suum vomitum: & Sus lota in volutabro luti. Videte, inquit Paulus, canes, Phil. 3. 2. *videte malos operarios.* 13. Canes etiam non rabidi à celebrioribus conuiujs expelluntur. Foris enim Apoc. 22. 15. *canes, & venefici, & impudici, & homicida, &*

11 vmbra
suam nõ
ferunt.

12. Impu-
dentes
sunt.

13. ad cõ-
uiuia ce-
lebriora
nõ admit-
tuntur.

Ca 5 cida, &

micida, & idolis seruientes, & omnis qui amat
 & facit mendacium. Quæ omnia conue-
 nire falsis prophetis, fatis superq; ostendi-
 mus. 14. id quod est medicina hominibus,
 mors est canibus. Coriandrum liqui-
 dem, vt tradit Plinius lib. 20. cap. 20. &
 contra serpentum, & maximè amphibi-
 orum morsus, & contra varios alios mor-
 bos & tumores præsentissimum est reme-
 dium: canibus verò semè est venenosum.
 Nam eos interficit, si ab eis aliquoties su-
 matur, teste Isidoro lib. 17. & Papiæ, & a-
 lijs. Hinc Coriandro simile olim fuit mā-
 na, vt est Exod. 16. 31. Num. 11. 7. Cori-
 andrum enim testibus supradictis semen
 est candidum, miraculum medicinale,
 odoriferum si integrum est: contritum
 manibus, foetet. Manna & sacra Euchari-
 stia, candidissimus splendor gloriæ & sub-
 stantiæ patris cælestis nobis missus, mini-
 mus puerulus factus, & vt panis angelorū
 datus infirmis viatoribus à latronibus se-
 miuiuis relictis, & vt omnis saporis, ita &
 odoris suauitatem in se continens, se præ-
 bens Catholicis, à quibus non contractus
 non diuisus, sed integer accipitur. Si verò
 sanctum hoc detur canibus, falsis prophe-
 tis, ab his comminuitur, diiudicatur cum
 foetore

14. moris
 untur ex
 corian-
 dro,

Corian-
 dro simi-
 lis Eu-
 charistia.

fectore & fastidio : sic à Iudæis māna. Hinc eorum de manna vox Num. II. 6. *Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi Man.* Et c. 21 5. *Anima nostra nauiseat super cibo isto leuissimo.* Similis de sacrae Eucharistiæ promissione sentētia Capharnaitarum. Hinc Ioan. 6. 41. *Murmurabant Iudæi de illo quia dixisset, Ego sum panis viuus qui de calo descendi.* Et v. 52. *Litigabant Iudæi ad inuicem, dicentes, Quomodo potest hic nobis carnē suā dare ad manducandū?* & v. 59 *Multi ergò audientes ex discipulis eius dixerunt, Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?* Ecclesia interim cum D. Petro v. 68. dicente, *Domine ad quem ibimus? verba vite aeternæ habes.* Hoc secuti Corinthij, qui vel non iudicabant corpus Domini I. Cor. II. vel indignè sumebant. *Ideo, inquit v. 30. inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.* *Nolite ergò, Matth. 7. 6. sanctum dare canibus : neq; mittatis margaritas vestras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos.* Quod & D. Augustini tempore contigisse notat Optatus Mileuitanus, & nostro seculo D. Laurentius Surius, & Tilemannus Brendenbachius in suis collationibus sacris lib. I. capite 23.

Quintò

*5. sunt cā
cro simi-
les.*

Quintò, similes sunt cancro, siue morbum, siue animal spectes. Si morbum, huius testis D. Paulus 2. Timoth. 2. 17. *Multum, inquit, proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.* Morbus, inquit D. Chrysostronus homil. 5. in 2. ad Timoth. *horrendus, & qui medicina curari nequit, sed omnia indies corrumpit ac perimit: ideo nullum ei remedium valet adhiberi: ostendens per hac eos corrigi emendariq. non posse, qui sponte à veritate aberrarunt.* Hæc ille, alludens ad id quod Eccle. 7. dicitur, *Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere quem ille despexerit.* Si cancrum animal spectes, vide quæ de eorum natura tradat Plinius lib. 9. naturalis hist. cap. 31. & facile omnia ex præcedentibus accommodabis falsis prophetis, quæ breuitatis causa omitto.

* *
*



CAPVT

CAPVT XXIII.

FALSOS PROPHEtas
similes esse draconibus, fluctibus
feri maris, laqueis &
leonibus.

PRI MV M hinc est, quod sint draconibus
similes. Vt verò omittam ea quæ hi-
storici varij commemorant, persequar ea
quorum sacræ literæ meminerunt. Ac
primò quidem Draco serpentinum est ge-
nus. Secundò arte magica in eos Exod. 7.
12. & 15. conuersæ sunt virgæ magorum
Pharaonis, vti omnis directio falsorum
prophetarum à nobis olim accepta tan-
dem in dracones & serpentes venenosos
còuertitur: quoad virga & directio Aaro-
nis veri sacerdotis, omnem eorum vim &
potestatem deuoret. Tertiò rufi sunt, A-
poc. 12. 3. ob multitudinem sanguinis in-
nocentis effusi, de quo cap. 5. & 20. egimus.
Quartò absorbendi vim habet Draco.
Hinc Ierem. 51. 34. *Comedit me, deuorauit
me Nabuchodonosor rex Babylonis: reddidit
me quasi vas inane: absorbit me quasi draco,
repleuit ventrem suum teneitudine mea, &
eiecit*

1. Draco
nibus sūt

similes in

12. rebus

1. serpen-

tinum est

genus

2. Virgæ

in eos con-

uertun-

tur.

3. rufi

sunt.

4. absor-

bendi vim

habent.

eiecit me. De falsorum prophetarum vocacitate satis capite 1. & 8. diximus.

5. *Aguas
maris cō
turbant.*

Quintò aquas maris conturbant, sicut & regi Aegypti, Ezech. cap. 32. ver. 2. dicitur. *Fili hominis assume lamentum super Pharaonem regem Aegypti, & dices ad eum: Leoni Gentium assimilatus es, & draconi qui est in mari: & ventilabas cornu in fluminibus tuis, & conturbabas aquas pedibus tuis, & conculcabas flumina eorum.* Similia penè habet capite 20. v. 3. vide quæ diximus de falsis prophetis capite 7. quomodo perturbent aquas limpidissimas.

6. *Sitibū
di sunt.*

Sextò sitibundi admodum sunt, vnde cū aqua illis deest, trahunt ventum quò se refrigerent: vel sugunt elephantum sanguinè. Hinc Ieremias 14. 6. *Traxerunt, inquit, ventum quasi dracones.* Quando scilicet Ephes. 4. 14. *circumferuntur omni vento to doctrina: quando conturbant domum Ecclesie Catholicae.* Qui enim, vt est Prouer. cap. 11. vers. 29. *conturbat domum suam, possidebit ventos.* Et cap. 10. 4. *Qui nititur mendacijs, pascit ventos.* Falsos prophetas mendaces esse, capite 19. probauimus. Sunt etiam arundines vento agitatae: & ex his qui Oseæ cap. 8. 7. *ventum seminant, concionando scilicet, & turbinem metunt.*

Septimò

CAPVT XXIII 351

Septimò fel habet venenosum, & linguam similiter. Hinc Deuteron. cap. 32. 33. *fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.* Examina hæc ad caput 5. & 19. & 20.

Octauò propter singularem plantum, quem describens Michæas cap. 1. 8. *Faciam plantum velut draconum, & luctum quasi struthionum.* Dracones siquidem, vt D. Hieronymus ex Physicis auctoribus refert, cum ab elephantis vincuntur, terribili sibilo personare feruntur: sic pseudo-propheta & bestia à Deo & angelis superati, in stagno ignis & sulphuris Apoc. 19. 10. cruciabuntur die ac noctè in secula seculorum: quando vno die venient plagæ eorum Apoc. 18. 8. mors, luctus, & fames, & igne comburentur.

Nonò ob singularem flatum, qui adeò vehemens est, vt faciat intumescere, testibus historicis, mare. Hinc 4. Esdræ 15. 20. *Exient nationes Draconum Arabum in curribus multis, & sicut flatu eorum numerus fertur super terrã.* Sic immundum exhalant halitum aut spiritum. Ita D. Iohannes Apoc. 16. 13. inquit. *Vidi de ore draconis, & de ore bestie, & de ore pseudo prophete exire spiritus tres immundos in modum ranarum.*

Habea

7. felo sunt venenosa.

8. Plantum faciunt.

9. Eorum flatu.

10. Perse-
quitur
mulierē
& semen
illius.

Habebunt enim potestatem mittendi spiri-
ritus malos quò volunt, vt magi faciunt.
De ranis vero infra capite 25. dicemus.
Constat & Dæmonem spiritum immun-
dū loqui in ore omnium falso ru prophe-
tharum, vt ostendimus cap. 1. ~~23.~~ & 3. ex 3.
Regum 22. Hinc etiam fit, vt aliæ bestia
loquantur vt draco, vt est Apoc. 13. 11. qui-
bus & potestatem suam communicauit v. 2.
Decimò, draco præcipitatus cõmisso præ-
lio cum Michaelē Archàngelo Apoc. 12. 13.
*persequitur mulierem, cum reliquis de semine
eius, qui custodiunt mandata Dei, vers. 17.
committis praelium:* Sic pseudoprophete cū
Ecclesia & sanctis eius bellum faciunt. Da-
nielis 7. 21. quoad Christus, qui Psalm. 73.
13. 14. contribulat & confringit, & Psalm. 90.
13. conculcat caput draconis Isai. cap. 51. 9.
percutiat superbum, & vulneret draconem.

11. Certa
loca possi-
dent.

Vndecimò nota, quæ loca maximè in scri-
pturis possideant, vt plurimùm enim præ-
alijs locis dicuntur repleturi Babylonem,
vti enim falsi prophetae agunt omnia con-
fusè: & linguis mutuis & contrarijs inge-
nijs & studijs inter se dimicant, vt pluri-
mùm habitationē draconum constituunt;
indies vergentes in peius & Iob. cap. 10. 22.
tendentes ad terram miseria: & tenebrarum;

ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Duodecimò, draco in cauda potentissimus est: ita vt eum stringendo, enecet etiã maiores bestias, vti elephantes, ita tamen vt sub illis simul intereat: *Stringit enim*, vt inquit Iob. 40. 12. de Behemoth, *caudam suam quasi cedrum*: sic falsi prophetæ sub finem dominij sui, multos etiam egregios peruertunt viros & secum trahunt. Hinc Apoc. 12. 4. *Cauda eius traherat tertiam partem stellarum celi, & misit eos in terram.* Quod explicans D. Augustinus tom. 9. hom. 9. in Apocalyp. *Cauda, inquit, propheta iniqui sunt, id est, heretici, qui stellas celi per iteratum baptismã adhaerentes sibi deiciunt in terram. Ipsi sunt sub pedibus mulieris. Multi, homines illos esse aestimant, quos sibi consentientes diabolus fecit sodales* (alludens ad id 4. Esd. 15. 31. vbi dracones consperare dicuntur) *multi, angelos qui cum illo quando cecidit precipitati sunt.* Secundò comparantur fluctibus feri maris, vnde Iudæ 12. *Fluctus, inquit, feri maris despumantes suas confusiones: Confusi enim sunt, vt est Isaia 45. 16. & erubuerunt omnes: simul abierunt in confusionem fabricatores errorum.* De quorum errore diximus cap. 9. Hi similes impio Antiocho;

12. in
cauda po
tentissimã
sunt.

2. sunt
fluctus
maris.

qui 2. Mach. 9. 8. fluctibus maris videbatur
imperare super humanum modum superbia
repletus. Sunt enim, Iac. 1. 6. fluctus maris,
qui omni vento circumferuntur, vt diximus
præcedenti membro, cùm de draconibus
egimus.

3. sunt
laquei.

Tertiò comparantur laqueis. Hinc
Osee. cap. 9. 7. Scitote Israel stultum pro-
phetam, insanum virum spiritualem, propter
multitudinem iniquitatis tue & multitudo
amentia, speculator Ephraim cum Deo meo:
propheta laqueus ruinae factus est super omnes
vias eius, insania in domo Dei eius. Hoc est,
cùm esset in domo suorum idolorum, ef-
ficiebat vt infelix populus insaniret, &
perditè ferretur in cultum idolorum, dum
verbis & exemplo ad hanc impietatē popu-
lum excitat: sic veri speculatores & pro-
phetæ Ecclesiæ Catholicæ cum Deo agunt,
& partes eius vbiq; tuentur ad imitationē
Noe, qui Genes. 6. 9. fuit vir iustus atq; per-
fectus in generationibus suis, atq; cum Deo
ambulauit. Iam falsi prophetæ ad laqueum
& ruinam deducunt simpliciores Christia-
nos, idq; faciunt eò magis, quo maiori ca-
piuntur amentia & insania. Varios autem
laqueos ponunt, ac primum quidem men-
dacijs.

10. Potij-
similas
quos fal-
sorum pro-
phetarū
1. Men-
daciū.

dacijs. *Inuenti sunt, inquit Dominus Ierem.*
5. 26. in populo meo impij, insidiantes quasi au-
cupes, laqueos ponentes, & pedicæ ad capien-
dos viros. Sicut decipula plena anibus, sic do-
mus eorum plena dolo: ideo magnificati sunt
& ditati. vers. 30. Stupor & mirabilia facta
sunt in terra: propheta prophetabant menda-
cium, & sacerdotes applaudebant manibus
suis: & populus meus dilexit talia: quid igitur
fiet in nouissimo eius? cùm meritò la-
mentabuntur & dicent, Thren. 3. 47. For-
mido & laqueus facta est nobis vaticinatio &
contritio. Vide ea quæ de mendacijs eorum
capite 19. diximus.

Secundus laqueus est appetitus diui-
 tiarum inordinatus. Hinc i. Timoth. 6. 8.
Habentes alimenta, & quibus tegamur, his
contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri,
incidunt in tentationem & laqueum diaboli,
& desideria multa inutilia, & nocua, quæ
mergunt homines in interitum. Exemplum
est Iudas qui propter triginta argenteos
ex venditione innocentis sanguinis Chri-
sti acceptos, laqueo vitæ finijt. Mat. c. 27. 4.
 De hoc laqueo falsorum prophetarum di-
 ximus cap. 7. Tertiò appetitus nimius di-
 gnitatum Ecclesiasticarum, cùm scilicet ad
 dignitates anhelant, qui minus digni sunt.

2. *Ap-*
petitus
diuitia-
rum.

3. *Ap-*
petitus
dignita-
tum Ec-
clesiasti-
carum.

Bb 2 Hinc

Hinc D. Paulus⁹. Tim. 3. 5. *Si quis, inquit, domui sua praesse nescit: quomodo Ecclesia Dei curam habebit? Non neophytum: ne in superbiam elatus, in iudicium incidat Diaboli. Oportet autem illum & testimonium habere bonum, ab ijs qui foris sunt: ut non in opprobrium incidat & laqueum Diaboli.* At inter falsos prophetas etiam nostri temporis, carnifices egisse concionatores inperius diximus. Quartus laqueus hæresis est & error à fide, idq; facile colliges ex 2. Tim. 2. 26. ubi ait D. Paulus, ut huiusmodi *resipiscant à Diaboli laqueis, à quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem.* Omnis autem falsus propheta, aut hæreticus est pertinax, aut in errore est: de quorum errore diximus superioribus capite 9. Quintus laqueus est communicatio coniugij, nuptiarum & cæterarum rerum cum alienis à fide, utpote cum gentibus, ut docet Iosue cap. 23. 12. *Quod si volueritis, inquit, gentium harum, quae inter vos habitant, erroribus adherere, & cum eis miscere conubia, atque amicitias copulare: iam nunc scitote, quod Dominus Deus vester non eos deleat ante faciem vestram, sed sint vobis in foveam & laqueum, & offendiculum ex latere vestro, & sudes in oculis vestris.* His gentibus similes pseudo-prophe-

4. Est
hæresis.

5. Com-
municatio cum
alienis à
fide.

prophetæ, dum Ecclesiam audire renuunt,
 vt est Matth. 18. 17. *Si Ecclesiam non audie-*
rit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Sex- 6. Oculo-
 tum genus est oculorum laqueus, de quo rum la-
 agit Iudith cap. 9. *Fac Domine, inquit, vt* queus.
proprio gladio eius superbia amputetur: ca-
piatur laqueo oculorum suorum in me, & per-
cuties eum labijs charitatis meæ. Hoc laqueo
 capti excellentissimi etiam viri, in primis
 verò falsi prophetæ, & à religione aposta-
 tæ. Vide sequens genus. Septimò, huic pro-
 ximus est laqueus mulieris, maximè ex- 7. Mulie-
 tranæ, quam incautus filius sequitur, Pro- rum la-
 uerbiorum cap. 7. 22. *quasi bos ductus, ad* queus.
victimam, & quasi agnus lasciuens, & igno-
rans quod ad vincula stultus trahatur: donec
transfigat sagitta iecur eius: velut si auis festi-
net ad laqueum, & nescit quod de periculo ani-
mæ illius agitur. Hoc expertus Sapiens Salo-
 mon, inquit Eccles. 7. 27. *Inueni amariorẽ*
morte mulierẽ, qua laqueus venatorum est, &
sagena cor eius, vincula sunt manus illius. qui
placet Deo, effugiet illam: qui autem peccator
est, capietur ab illa. Hinc sequendum consi-
 lium Ecclesiastici 9. 3. *Ne respicias mulie-*
rem multiuolam, ne fortè incidas in laqueos il-
lius. Hinc meritò dixit Eccles. cap. 25. 23.
Commorari leoni & draconi placebit, quàm

habitare cum muliere nequam. Vide etiam quæ capite 18. de his mulieribus diximus, & quæ capite 17. de falsorum prophetarum libidine docuimus.

8. laqueus lingua
9. Mensa Domini.

Octauum laqueum inuenio linguæ iniquæ, à quo liberatus Ecclesiast. cap. 51. 2. *Confitebor, inquit, nomini tuo, quoniam adiutor & protector factus es mihi, & liberasti corpus meum à perditione, à laqueo linguæ iniquæ & à labijs operantium mendacium.* De eorum linguæ laqueo vide cap. 5. 19. & 20.

Nonò, non minimus est laqueus Domini verbi & sacramenti. *Parauit enim, Psal. 22. 5. in conspectu nostro mensam aduersus omnes qui tribulant nos.* verum hæc mensa, vt ostendimus superiùs capite 21. ex Malachia 1. 7. 12. despecta & contaminata est, & laqueus facta, dum oculis carnalibus discernunt, & non maioris faciunt quàm vmbrailem Iudæorum mensam, vbi figuræ tantùm Christi venturi erant. Hunc laqueum & pœnam notat Dauid psal. 68. 23. *Fiat, inquit, mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones, & in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne videant.* Eandem sententiam cõtra Iudæos, quibus Dominus præparauerat mensam in deserto Psal. 77. 19. 20. repetit D. Paul. Rom. 11. 9. lic

sic nec sacerdotium, nec mensam, nec victimam habent pseudoprophetae, secundum id Osee 5. 1. *Audite hoc sacerdotes, & attendite domus Israel, & domus regis auscultate; quia vobis iudicium est, quonia laqueus facti estis speculationi, & sicut rete expansum super Thabor. Et victimas declinastis in profundum.* Id est, vehementer egistis, ne victimae offerrentur Domino in Ierosolymis: sed potius in Bethel & Dan filiis Ieroboam.

Hos omnes decimò & postremò consequitur laqueus mortis. Psalm. 17. 6. *Qui congregat thesauros suos lingua mendacii, vanus & excors est, & impingetur ad laqueos mortis.* Sic de Brulæo diximus cap. 15. qui spe thesauri accipiendi simulauit se mortuum à Caluino ad vitam reuocandum: at in laqueis mortis inuentus est. Similia exempla ibidem retulimus, quàm felices sint falsi prophetae in viuis morti destinandis.

Quartò comparantur leonibus, si vitia eorum spectes: de quorum natura lege Aristotelem libro. 2. de animalibus, & Plinium maximè lib. 8. capite 16. Isidorum lib. 12. Persequar breuiter quæ sacrae literæ de his commemorarunt, de his etiam egimus fol. 35. & c. 7. fol. 61. In primis ergo in abscondito insidias leo struit. Hinc psal. 9. 8.

Bb 4 Sedes

10. laquei
mortis.

4. Similes
sunt
leonibus
in 10. re-
bus.

1. In ab-
scondito
struit in-
sidias.

2. audax
est.

3. Os &
anbeli-
tum foeti
dum ha-
bet.

Sedet in insidijs cum diuitibus: in occultis, vbi interficiat innocentem. Oculi eius in pauperem respiciunt: insidiatur in abscondito quasi lea in spelunca sua. Et Psalm. 16. 12. Susceperunt me sicut leo paratus ad pradam, & sicut catulus leonis habitans in abditis. Vide Ecclesiastici 27. 31. Thren. 3. 10. Simili modo falsos prophetas agere, cap. 2. & 6. docuimus. Secundò, animal est audacissimum. Hinc Sap. 11. 18. Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua, qua creauit orbem terrarum ex materia inuisa, immittere illis multitudinem vrsorum, aut audaces leones. Mittuntur siquidem passim in pœnam, vt patet 3. Regum 13. 24. vbi occidit prophetam in Bethel & 3. Reg. 20. 36. Isai. 15. 9. sic falsos prophetas describit D. Petrus 2. Pet. 2. 10. audaces, inquit, sibi placentes, sectas non metuunt introducere blasphemantes. Sic & audaciam, & arrogantiam, & elatum animum Lutheri sufficièter ostendimus cap. 7. & 9. Tertiò os habet & anhelitum foetidum per blasphemias. Hinc Apocalypsis cap. 13. 2. Bestia, inquit, quam vidi, similis erat pardado, & pedes eius, sicut pedes vrsi, & os eius sicut os leonis. v. 6. Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in celo habitant.

Cui

Cui enim pepercit Lutherus? nec nomini,
 nec sacramentis Christi, vt cap. 2. & 8. o-
 stendimus, nec templis aut monasterijs:
 nec sanctorum dignitatem veneratus est,
 vt verè de illo & eius similibus dicatur,
 quæ de impijs afferit Sapiens, Sapiens. 2. 22.
*Nescierunt sacramenta Dei, neq; mercedem
 sperauerunt iustitie, nec indicauerunt hono-
 rem sanctarum animarum.* Quartò fameli-
 cum est animal, vnde 4. Esd. 16. 6. dici-
 tur, *Nunquid repellet aliquis leonem esurien-
 tem in sylua? & Catuli leonum rugientes vt ra-
 piant & querant escam sibi.* Psalm. 103. 21.
*Hinc iumeta & homines comedit & deuo-
 rat.* *Erunt*, inquit, Micheas. 5. 8. *reliquia
 Jacob in Gentibus in medio multorum populo-
 rum, quasi leo in iumentis syluarum, & quasi
 catulus leonis in gregibus pecorum: qui cum
 transferit, & conculcauerit & ceperit, non est
 qui eruat.* Hinc etiam citò deuorarunt vi-
 ros, qui missi sunt in lacum leonum Dan.
 6. 24. & 14. 41. De eius voracitate scribunt
 historici mirabilia. Vide quæ diximus de
 voracitate falsorum prophetarum cap. 7. & prada
 Quintò huc spectat, quòd rapiat & prædam
 agat. Hinc Nahum c. 2. 12. *Leo cepit sufficien-
 ter catulis suis, & necauit leonis suis: & im-
 plenit prada speluncas suas & cubile suum ra-
 pina.*

4. Fame-
licus est.

5. Rapi-
& prada
tur.

pina. Sic Ezech. 19. 6. Didicit prædā capere & homines deuorare: Didicit uiduas facere, & ciuitates eorum in desertum adducere; & desolata est terra, & plenitudo eius à voce rugitus illius. Imo quasi coniurat in prædam, hinc propheta Ezechiel capite 22. vers. 25. Coniuratio prophetarum in medio eius: sicut leo rugiens rapiensq; prædam, animas deuorauerunt, opes & pretium acceperunt, uiduas eius multiplicauerunt in medio illius. Vnde meritò orandum cum Dauide psalm. 7. 2. Saluum me fac ex omnib; persequentibus me, & libera me: Ne quando rapiat. vt leo animam meā.

6. euer-
tit dome-
sticos.

Sextò euertit etiam domesticos. Hinc monet Ecclesiast. c. 4. 35. Noli esse sicut leo in domo tua euertens domesticos tuos, & opprimēs subiectos tibi.

7. Eicit
& exossat.

Septimò accedit quod non tantum euertant, sed & eijciant & exossent. Isa. 38. 13. Quasi leo sic contriuit omnia ossa mea. & Ier. 50. 17. Grex dispersus Israel, leones eiecerunt eum: primus comedit eum rex Assur: iste nouissimus exossauit eum Nabuchodonosor rex Babylonis.

8. Vena-
toris est
animal.

Octauò, venatorium est animal, & maximè venatur pauperes & imbelles. Hinc psal. 9. 9. Oculi eius in pauperem respiciunt.

siunt: insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua. Insidiatur ut rapiat pauperem: rapere pauperem dum attrahit eum. Clarius Eccles. 13. 23. Venatio leonis onager in eremo, sic & pascua duntum sunt pauperes. Sic pascua falsorum prophetarum, sunt bona Ecclesiæ data olim pauperibus Christi. Prouerborum cap. 28. 15. Leo rugiens, & ~~arsus rugiens.~~ & ursus esuriens, princeps impius super populum pauperem.

Nonò, iracundum est animal, vnde cum ira fertur teste Plinio, primò terram cauda verberat, remittente verò se iracundia, proprium tergum cauda percutit & flagellat, quo etiam nomine excutit comam siue iubam. Hinc propheta Ieremias capite 51. ver. 38. *Excutient comas veluti catuli leonum.* Vide quæ de ira & furore falsorum prophetarum cap. 12. diximus. Ex ira & fame oritur rugitus leonis: in altissimis montibus latitat, inde contemplatur prædam suam, quam cum viderit altè rugit: ad cuius vocem terrentur animalia, & subito figunt gradum; circa quæ cauda in orbem lineam ducit, cuius linearem circulum transire quodlibet animal pertimescit; stantq; animalia stupida quasi edictum expectantia regis sui.

Ascen-

9. iracū-
dum est
animal
& rugiens

Ascensum describens Ieremias cap. 49. 19. & 50. 44. *Ecce, inquit, quasi leo ascendet de superbia Iordanis. Visa præda rugit. Nunquid, inquit Amos capite 3. vers. 4. Rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædam? Nunquid dabit catulus leonis vocem de cubili suo, nisi aliquid apprehenderit?* Terrentur verò animalia ad rugitum illius, secundum illud Amos 3. 8. *Leo rugiet, quis non timebit?* De cuius rugitu vide plura 4. Esd. 11. 37. & 12. 31. Psal. 21. 14. Prou. 19. 12. & 20. 2. Isa. 5. 29. & 31. 4. Zach. 11. 3. De circuitu verò cū rugitu monens D. Petrus 1. Pet. 5. 8. inquit, *Sobrii estote & vigilate: qui aduersarius vester Diabolus tanquam leo rugiens circuit, que-*

10. omnia rens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide. vastat & in solitu- Decimum est, quòd omnia vastet, & in solitudinem redigat. Hinc Ierem. c. 2. 30. nens redi- Denorauit gladius vester prophetas vestros, git. quasi leo vastator generatio vestra, & cap. 4. 7.

Ascendit leo de cubili suo, & præda Gentium se leuauit: egressus est de loco suo, vt ponat terram tuam in solitudinem: ciuitates tue vastabuntur, remanentes absq; habitatore. Quam non vastitatem intulerunt pseudo-prophetæ templis, sacris ædibus, monasterijs, atq; adeo toti nostræ Germaniæ? vt verum sit illud Isa. 42. 22. Populus direptus,

&

& vastatus : laqueus inuenum omnes, & in
 domibus carcerum absconditi sunt ; facti sunt
 in rapinam, nec est qui eruat : in direptionem,
 nec est qui dicat, Redde, Contritio super con-
 tritionem, inquit, Ieremias cap. 4. 20. vo-
 cata est, & vastata est omnis terra : repente
 vastata sunt tabernacula mea, subito pelles
 mea. & v. 30. Tu autem vastata quid facies ?
 cū vestieris te coccino, cū ornata fueris mo-
 nili aureo, & pinxeris sibi oculos tuos, frustra
 componeris, contempserunt te amatores tui,
 animam tuam quarent. Nunc luporum na-
 turam examinemus.

CAPVT XXIV.

FALSOS PROPHETAS
 esse similes lupis rapax
 cibus.

Non immeritò mandatum pastoribus
 Prouer. 27. 23. vt diligenter agnoscant
 vultum pecoris sui, suosq; greges considerent.
 Necessè est enim, vt pastor gregem suum
 dignoscat, & singulorum vultum intuea-
 tur : ne morbida adsit ovis, multò magis
 cauendum, ne lupo rapax sub pelle ouina
 sese immisceat : maximè verò animaduer-
 tendum,

366 DE LVPIS RAPACIBUS,

tendum, ne idem lupo rapax veste ouina
 tectus in ouile sese ingerat: & tandem vel
 absente, vel pastore supina negligentia
 dormitante, gregem dominicum, non au-
 ro & argento, sed pretioso sanguine agni
 immaculati Iesu Christi comparatum di-
 laceret & deuoret. Ne vero pastoribus sim-
 plicioribus deessent certa argumenta eos
 cognoscendi, tractaui ea de re fusè olim
 per decem conciones in templo & Mona-
 sterio ordinis D. Benedicti, loco professio-
 nis meę, D. Martini maioris, Colonie: que
 nunc breuiter contraham, & tum ex sacris
 literis, tum ex sanctis Patribus & historicis,
 omnium penè corporis partium anatomi-
 am proponam: tum actiones discutiam
 proposito nostro conuenientes. Corporis
 partes inspecturi ab ore ipso ad extremi-
 tatem caudę rem deducemus. Primò itaq;
 ore & voce cognoscitur. Hinc D. Chry-
 sostomus in opere imperfecto in Mattheu
 hom. 19. *Si quis, inquit, lupum cooperiat pel-
 le ouina, quomodo cognoscet illum, nisi aut per
 vocem, aut per actum?* Ouis ergo, quod pri-
 mum est, ore demisso balat, lupo os in æ-
 ra conuertit & ululat blasphemiam. Sic
 D. Chryostomus ibidem. *Ouis, inquit,
 inclinata deorsum balat, lupo in æra conuer-*

*Corporis
 lupini des-
 scriptio.*

vir caput suum cōtra calum, & sic vlulat. Quē ergo secundum Deum vocem humilitatis & confessionis emittit, ouis est: qui verò aduersus veritatem turpiter blasphemys vlulat contra Deum, lupus est, sicut dicit propheta de illis, scilicet psalm. 72. iniquitatem in excelsis locuti sunt, posuerunt in calum os suum. Hæc ille.

Tu verò Christiane lector examina omnes laudes Catholicorum erga Deum & sanctos eius, confer easdem cum Lutheri & asseclarum eius, de iustificatione, de gratia, de libero arbitrio, de obseruatione mandatorum blasphemys, & verè senties de his D. Iudam in sua epist. v. 10. dixisse. *Et hi quidem quacūq; ignorant blasphemant, quacūq; autem naturaliter, tanquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur.*

Secundum est in voce lupi, quod hæc cōmunis non sit, sed agrestis quidam vlulatus, vt notauit D. Ambrosius. Hic enim tomo 3. lib. 10. epistola 81. ad Syricium Papam, cui subscripserunt octo Episcopi & omnes ordines, sic inquit. *Recognouimus literis sanctitatis tue boni pastoris excubias, qui fideliter commissam tibi ianuam serues: & pia sollicitudine Christi ouile custodias, dignū que*

oues

2. Vox agrestis & vlulatus luporum.

ones Domini audiant & sequantur, & ideo quia nosti ouiculas Christi, lupos facile deprehendes, & occurrens quasi prouidus pastor, ne isti morsibus perfidia sua, feraliq; ululatu dominicum ouile dispergant. Laudamus hoc domine frater (in titulo vocat illum Papam) nobis dilectissime, & toto concelebramus affectu. Nec miramur si luporum rabie grex domini perhorruit, in quibus Christi vocem non recognouit. Agrestis enim ululatus est, nullam virginittatis gratiam, nullum castitatis ordinem seruare, promiscue omnia velle confundere, diuersorum gradus meritorum abrogare, & paupertatem quandam caelestium remunerationum inducere, quasi Christiana sit palma, quam tribuit. (Hinc enim pluri-
mi abundant tituli premiorum) Sed que potest laus esse coniugij, si nulla virginittatis est gloria? Hæc dicit Ambrosius. Quæ singula si discussseris, dixeris Lutherum verè agrestem ululatum lupina voce edere, qui nullam reliquit virginibus gratiam, quam Deus illis tribuit Isai. 56. maximam in muris scilicet suis v. 5. locum & nomen melius à filiis & filiabus: nomen sempiternum, quod non peribit, quos, v. 7. latificat in domo orationis sue, quorum victime & holocausta placebunt maxime. Tribuit eandem D. Paulus I. Cor.

Lutheri
agrestis
ululatus
contra
virginita-
tem.

7. tribuit D. Ioan. Apoc. 14. 1. vbi stant cū agno habentes nomen eius & nomē patris eius scriptū in frontib⁹ suis. Scribit nomē in frontibus eorum, tanquam in sede verecundiæ & pudoris, tanquam in rebus pretiosis quas semper possidere volumus. Sic cum Absoloni filij deessent, 2. Reg. 18. 18. erexerat sibi cū adhuc viueret titulum, qui est in Valle regis: dixerat enim, Non habeo filium, & hoc erit monumentum nominis mei. Vocauitq³ titulum nomine suo, & appellatur, Manus Absalom: vsq³ ad hanc diem. Sic Apocal. 3. 12. Scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei noue Ierusalem, qua descendit de calo à Deo meo, & nomen meum nouum. Præter canticum, quod Apocal. 14. 3. solæ virgines potuerunt decantare. Vide Origenem tract. 7. in Matth. August. tom. 6. lib. de virginitate cap. 24. 25. 30. Basilium libro de Virg. D. Gregorium Papam parte 3. curæ pastoralis capite 24. Gregorium Nazianzenū in exhortatione ad virgines. Hieronymum in cap. 56. Isaia.

Tertiò, ad priora redeundo, asserit idem D. Ambrosius agrestem esse luponū vlulatum, nullum castitatis ordinem seruare, & promiscuè omnia velle confundere. Est enim adhuc præter castitatem vir-

3. contra
castitatis
ordinem.

Cc

ginuni;

virginum, castitas non nuptiarum & viduarum, quarum castitas præfertur castitati coniugum à D. Paulo 1. Cor. 7. v. 8. *Dico autem non nuptis & viduis: bonum est illis sic permãneant, sicut & ego.* Ergo D. Paulus illum statum elegit, quem Lutherus spreuit: v. 28. *Si nupserit virgo, non peccat; tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco.* Quæ tribulatio vnde oriatur, capite superiore 18. ostendimus. Pergit D. Paulus in eodem cap. 7. v. 29. *Hoc itaq; dico fratres, tempus breue est: reliquum est, ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint.* v. 30. eiusdem capituli. *Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est; sollicitus est quæ Domini sunt quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori: & diuisus est.* v. 34. *Mulier innupta & virgo, cogitat quæ Domini sunt: ut sit sancta & corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi quomodo placeat viro.* Sic veras viduas honorari præcipit 1. Tim. 5. 3. *Viduas, inquit, honora, quæ vera viduæ sunt.*

Quartò asserit idem D. Ambrosius a gremio esse vlulatû, diuersorum gradus abrogare meritorum, & paupertatem cælestiuna

lestium inducere remunerationum. Itaq;
 lupi isti non vident in domo patris Christi
 mansiones multas, Iohannis cap. 14. 2. vel
 ignorant rationem seminis, Matth. c. 13. 8.
 vbi aliud fert fructum trigesimum, aliud
 quinquagesimum, aliud centesimum: neq;
 considerant diuersitatem talentorum, &
 lucri, & præmiorum Matth. 20. 10. Luc. 19.
 16. neq; diuersitatem gloriæ beatorum,
 quam D. Paulus ex diuersitate claritatis
 stellarum 1. Cor. 15. 41. &c. deducit. Neq;
 è contrario diuersitatem pœna damnato-
 rum, quæ patet ex Deut. 25. 2. Matth. 10. 15
 & 11. 22. Luc. 10. 14. 11. 26. Apoc. 18. 7. Ex
 his facile colligit lector, anne lupino spi-
 ritu agitatus fuerit Lutherus, cùm in suo
 plusquã diabolico & carnali epithalamio,
 in 1. Corinth. cap 7. scripsit in hæc verba:
*Coram Deo æque multum valet, siue sis virgo
 siue non sis; & sicut supradictum est, qui ser-
 uus vocatus est, libertus est Domini; ita & hic
 dici potest, quæ virgo vocata est, mulier est
 coram Deo. Apud Deum omnia equaliter
 valent, nec ulla est differentia meritorum; sed
 sola fides equalis est in omnibus, & per omnia.
 Insani autem Doctores Diaboli, Monachis &
 Monialibus, & cunctis virginibus singu-
 lares aureolas in celo fabricant, atque ex*

*Merito-
rum di-
uersitas.*

*Diuersi-
tas pœna-
rum.*

eis sponsas Christi faciunt. Ergone tibi Lu-
there perfuge Monache, insanus Doctor
Diaboli Isaias propheta, Christus ipse, D.
Paulus Doctor gentium, & D. Iohannes
cum omni sanctorum Patrum ante citato-
rum serie, qui tantum discrimen rerum
antedictarum cum diuersitate premiorum
constituerunt? Miror in super te fidem æ-
qualem in omnibus Christianis statuere,
& id quidem non minus, quam te miraren-
tur Dialectici: si diceres qualitatem non
suscipere magis & minus.

5 Os ma- Quintò, os est maximæ aperturæ, &
xima a- maximum vigorem habet in ore suo. Ho-
pertura rum enim os, psalm. 9. 28. & 13. 3. *maledi-*
& vigo- *ditione plenum est, & amaritudine & dolo.* Ap-
ris. *pertura* est, cum os eorum, psal. 16. 10. lo-
cutum est superbiam, & cum psal. 34. 20.
in iracundia terra loquentes, dolos cogitarunt:
& dilatauerunt os suum.

6 dentes Sextò dentes habet ferratos, quibus
habet fer- maximè lædit, non tantum oues, sed & ea-
ratos. rum pelles: ita vt si pellem cum oue non
deglutiat, eam tamen licet præparatam à
coriarijs habeas, scatentem pediculis inue-
nies: doctrinam scilicet in se diuisam, qua
maximè lædunt. Quicquid verò doctrinâ
eorum planè & penitus non absumitur, id
verme

verme malæ conscientia inficitur, vt dixit Lutherus ipsemet cap. 9. fol. 92. se ex parentibus pediculosis natum. Serratos habet dentes: sunt enim similes bestiaë quarta, quam vidit Daniel capite 7. 7. 19. quæ dentibus comedebat, & comminuebat, & cætera pedibus conculcabat. Dentes enim eorum, vt est psal. 56. 5. *arma & sagitta: & lingua eorum, gladius acutus.*

Septimò oculos contemplemur, inueniemus in his visum eorū esse noxium. Hinc est teste D. Ambrosio tom. 3. lib. 7. in 10. caput Lucæ, quod si quem hominem viderint, vocem eius quadam naturæ vi feruntur eripere: si autem homo prius eos viderit, exagitari memorantur. Similia habet Plinius lib. 8. capite 22. ad quorum naturam alludens D. Ambrosius loco citato inquit, *Sic hæretici si quem versura disputationis suæ circumscriptione prauenerint, faciunt obmutescere. Mutus est enim, qui verbum Dei non eadem qua est gloria confitetur. Cæue ergo ne tibi vocē tollat hæreticus, si prior eum non ipse deprehenderit: serpit enim dum latet eius perfidia. Si autem commenta impietatis eius agnoueris, iacturam pie vocis timere non poteris. Cæue igitur versute disputationis venena.* Hinc est quod bene instructi apud

Catholicos, minus eos pertimescant: contra verò malè instructi, facile peruertantur: & peruersi, vt est Ecclesiastici c. 1. 15. difficile corrigantur. Nota tamè quod addat Plinius illorum visum in Italia maxime esse noxium.

8. collo rigidiore.

Octauò est collo minus flexo. Est enim nouum id genus hominum durius, quàm vt collum iugo dominicorum præceptorum submittat. Inter cætera siquidem miracula quæ patrarunt, est, quòd ex hominibus fecerunt elephantes, qui corpus nusquam inclinant: ita hi vix ad res diuinas venerandas sese demittunt.

9. stomacho sunt calidissimo.

Nonò, stomacho sunt calidissimo, hinc voracissimi sunt, vt de falsis prophetis superius cap. 1. & 8. & sequentibus ostendimus, maxime verò quòd carnibus delectentur, quibus adde auctorem operis imperfecti in S. Matthæum sic dicentem.

Herbas manducat ovis, at lupus carnibus delectatur: quem videris igitur de pratis scripturarum herbas floridas iustitie colligentem, cuius est: quem videris autem in sanguine persecutionis gaudentem lupus est.

10. Iecur vngula equina simile.

Decimò, iecur luporum, teste Plinio lib. 28. 11. equinæ vngulæ simile est, quæ etiã asserit rumpi equos, qui vestigia luporum

rum

rum sub equite sequuntur. Quod si verum est, verum etiam dixeris, multos concionatores pseudoprophetarum vestigia incautiùs rimando ruptos esse. Vndecimò docet idem Plinius dicto loco, vestigia eorù torporè & tepiditatè afferre. Hinc falsos prophetas, quia nec frigidi sunt nec calidi, sed tepidi, incipit Dominus Apoc. 3. 16. eumere de ore suo. Duodecimò, toto dorso est rigidù animal teste D. Ambros. tom. 3. lib. 7. c. 10. in Lucã, q̄ hæreticis accõmodãs, *Corporea, inquit, quadam mentis intentione duri ac rigidi, nequaquam solent à suo errore deflectere. Et ideo Apostolus ait. Tit. 3. Hæreticum hominẽ post vnã correptionem deuota, sciens quia subuersus est qui huiusmodi est.* Decimotertiò, ex intestinis eorum chordæ conficiuntur, quæ si in testudinibus adhibeatur chordis ouinis, eas corroduunt: adeo falsorum prophetarù intestina sunt perniciofa. Decimoquartò, pellis aliquibus non minus est perniciofa, valet enim ad excitandos catharros: qui fidẽ dictis non adhibet, is caput vna vel altera nocte muniat pileo ex pellibus lupinis confecto, & facilè catharros contrahet: Ita falsi prophetæ catharrosi sunt, & facilè fluxus, maximè libidinis patiuntur.

11. Vestigia torporis afferunt.

12. Dormiunt rigidum dum habet

13. Intestina luparum.

14. Pellis perniciofa.

15. in cau
da eorum
venenum

Decimoquintò, teste Plinio libro 28. cap. 22. caudę huius animalis creditur vulgò inesse amatorium virus exiguo in villo: lupum verò, cùm capitur, id abijcere. Non pollere autem virus illud, nisi viuo direptum, idem asserit. Venenosis bestijs, vti serpentibus, draconibus, scorpionibus, communiter maior potestas est in cauda, vti & de draconibus cap. 23. ostendimus: sic & lupis, hęc; sic & vulpes Samsonis in perniciem frugū capitibus, dispersis caudis sunt colligatę Iudic. 15. 4. Sic Moyses Deut. c. 28. 13. optat bonis, vt sint in caput, dicens: *Constituet te Dominus Deus tuus in caput, & non in caudam: & eris semper supra, & non subter, si tamē audieris mandata Domini Dei tui, quę ego precipio tibi hodie, & custodieris & feceris, ac non declinaueris ab eis, nec ad dexteram, nec ad sinistram.* Sic viceuerfa vers. 44. vult eos, qui à diuinorum mandatorum obseruatione deflectunt, constitui in caudam. Sic de equis quos vidit D. Iohannes in pœnam missos Apocal. 9. 19. *Potestas, inquit, equorum in ore eorum est, & in caudis eorum. Nam caudę eorum, similes serpentibus, habentes capita: & in his nocent.* Sic lupi hi licet ouina pelle sese diu contendant, tamen in ore & cauda dignoscuntur:

in ore

in ore mendacium, in cauda venenum amatorium continent: non amore castissimæ sponsæ, quæ Cantic. 2. 5. & 5. 8. amore cælestis sponsi Christi languet, sed amore mundi, carnis, diaboli. Eò enim vergunt nostri temporis falsorum prophetarum & apostatarum nostrorum conatus & studia omnia. Interim *longeuus & honorabilis* Isai. 9. 15. *ipse est caput: & propheta docens mendacium, ipse est cauda.* In confirmationem huius libet adijcere vaticinium Iohannis Lichtenbergij, qui anno 1488. Kalendis Aprilis hæc prædixit quæ sequuntur, & tum etiam edita, & rursus typis impressa cum figuris Moguntię anno 1492. octauo Iunij. *Monachus, inquit, in alba cuculla, & diabolus in scapulis eius, retro habens loripipium longū ad terram, non amplius etiam brachijs, habēs discipulum secum stantem. His propheta erit Dys & demonibus terribilis, signa multa & prodigia faciet, eius quoque aduentum prauis demonum spiritus fugient. Praclarum habebit ingenium, multarumq; rerum scientiam, ac maximam sapientiam in hypocrisi, tamen mendaciū sæpe loquetur, & cauteriatans habebit conscientiam, atq; scorpionis instar huius coniunctionis ac eclipsationis domicilij Martis virus & venenum in cauda reclusum.*

*Iohannis
Lichten-
bergij va-
ticipium.*

C c s

aliquo.

aliquoties effundet, erit quoque multi sanguinis effusionis causa. hæc ille. Obsecro Christiane lector, potuítne plus quam 30. annis ante hæresin suam, Lutherus melius describi? Lutherus Monachus sanctissimo habitu Eremitarum D. Augustini indutus, qui domesticus albus est, si exeant nigro sunt superinduti: qui se prophetam iactitat, vt diximus, cuius humeris insedisse Diabolum vidit Imperator Maximilianus I. vt capite 6. fol. 53. docuimus. Blasphemus in Deum & sanctos, demonibus terribilis, cum eos eijcere, & cum ijs disputando contendere conatus est, vt capite 3. & 6. ostendimus: tot signa edidit, vt electis quibusdam imposuerit: Hypocrisim ex quarto cap. colliges, Mendacia ex capite decimo & decimonono elicies: Cauteriatam eius conscientiam ex capite 4. intelliges. Sanguinis effusionem ex capite 19. 20. 21. facile habebis. Discipulum quem secus stantem habet, alij Philippum volunt, ego non immerito Monachum quempiam dixerim, monachali enim habitu, sed alio quam quo indutus est propheta, depingitur in editione antiquissima anni 1488. & 1492. cuius exemplar penes nos fuit. Interpretor ergo Martinum Bucerum nomine

*Martinus
Bucerus.*

mine, similem professione monastica, in
votis essentialibus non dissimilem: quem
quomodo instruxerit in superanda con-
scientia cap. 4. fol. 29. demonstrauius.
Et hæ quidem sunt corporis lupini partes,
& membra potissima, quorum anatomia à
me facta, si necdum aduersarijs satisfactum
intellexero: dabo operam, vt instrumen-
tis chyrurgicis ad anatomiam faciendam
magis accommodatis; maior membro-
rum singulorum suo tempore fiat anatomi-
a, doleo me pectus ipsorum luporum
penetrare non potuisse id discutiendo, sed
obstitit duritia pectoris, quæ ab historicis
trahitur. Est enim ferocia eorum talis, vt
Nabuchodonosoris, cuius ferocitatem pe-
ctoris Iudith. 3. II. Iudæi nulla pietate aut
obsequijs mitigare potuerunt, & furor
maior furore Assueri pectoris, de
quo Ester 15. 10.

* *
*

CAPVT

CAPVT XXV.

FALSOS P O P H E T A S

esse similes lupis, si luporum
ingenium & actiones

species.

16. *lupus
terra ves-
citur.*

NVNC actiones eius & reliqua scrutemur. Decimum sextum ergo sit, eum in fame terra vesci, teste Plinio libro 28. cap. 22. alij verò asserunt se ea infarcire, vt grauior sit ad deiiciendas bestias maiores. Sic lupi nostri rapaces sese delectationibus & voluptatibus terrenis infarciunt, non secus ac si Deus eorum venter esset. Hinc D. Paulus Philip. 3. 18 *Multi enim ambulat, inquit, quos sepe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi: quorum finis interitus: quorum Deus, venter est. (vide quæ capite 8. diximus) & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Hinc eorum sapientiam D. Iacobus 3. 15. terrea*

17. *Illorū
rabies
maximè
in oues
fertur.*

nam, animale, diabolicam, appellat, vt & cap. 3. 6. & 7. docuimus.

Decimosseptimò, luporum rabies maximè fertur in oues. Non enim, vt notat D. Ambrosius lib. 7. in Lucam in caput 10. & Chry-

& Chryfost. in opere imperfecto, ouis lupum, sed lupus oue persequitur. Ita Cain persequitur Abeliustum, Esau Iacobum, Iudæi Christum, pseudoprophetarum synagogæ Ecclesiam Christi.

Decimooctauò fremunt circa caulas, & quidem nocturno tempore magis quàm diurno, teste D. Ambrosio loco citato. Hinc Abacuc i. 8. dicuntur velociores lupis vespertinis, vnde Græcè noctiuoi & noctiopes dicuntur, & tū multa miliaria conficere solent. Hinc Soph. 3. *Iudices eius lupi vespere, non relinquebant in mane. Posuisti tenebras, inquit, Dauid psal. 103. 20. & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestie syluæ. Catuli leonum, &c. Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. Ieremias propheta cap. 5. 6. Lupus ad vesperam vastauit eos. Ambrosius loco citato: Semper enim perfidis nox est, qui lucem Christi sane nebulis interpretationis obducere, & quantum in ipsis est, fuscare conantur.*

Decimononò, Non vocati veniunt, quod maximè patet ex capite secundo, aut si legitimè aliquando vocati sunt, fiunt periuri, vt de Nestorio scribit Vincentius Lyrinensis, qui ex oue cōuersus in lupum; & de Photino Pannonio, quem quasi arietem

18. Fremunt circa caulas

tem gregis sequebantur, eundem deinceps veluti lupum fugere cceperant.

20. nō intrant domos aut publica loca.

Vigesimali nō intrant domos aut publica loca, & omnia fraudulenter agunt, teste D. Ambrosio loco citato: sic nec hi in publicum generale Concilium prodire audent dato primo, secundo, addito & tertio saluo conductu: ac proinde Concilia impediunt: qui verò olim venerunt, mendacijs egerunt, vt supra capite 10. fufius ostendimus.

21. ouilibus insidiantur.

Vigesimo primò ouilibus insidiantur. Hinc Ambrosius lib. 7. *Insidiantur, inquit, sunt que insidiantur ouilibus, circa pastorales versantur casas.* Exemplum huius est, quod hæretici vix petant aditum in Indiam, & partes illas vbi solus atheismus viget, aut gentilismus, vt multæ religiosorum familiæ faciunt: sed ad Christi fidem conuersos decipere & deuorare moliuntur.

Vigesimo secundò, explorant canū absentiam, teste D. Ambrosio ibidem, nullum n. habentes ipsi pastorē, pastoribus veris inuident. Vnde D. Ambrosius. *Explorant, inquit, pastoris absentiam. Et ideo pastores Ecclesiarum necare, vel in exilium agere contendunt: quia presentibus pastoribus oues Christi incurfare non audent.* hæc ille. Quo
fine

fine putas scripsisse Lutherum, se pestem futurum Papæ, vt cap. 1. diximus? Quo fine hortatur Principes Christianos, vt in sanguine Summi Pontificis & Cardinaliũ manus suas lauent, vt ex ipsius proprijs scriptis cap. 5. fol. 38 ostendimus?

Vigefimotertiò, teste eodem D. Am-
 brofio, explorant fomnum canum, hoc
 est, defidiam Pastorum & Prælatorum,
 qui supina sua negligentia nihil agunt
 pastoris officio & munere dignum, sed
 personatos quosdam tantum, & laruatos
 se exhibent pastores, idôlis potius simi-
 liores, qui os habent & non loquuntur,
 manus habent & nihil operantur, pedes
 habent & nusquam se conferunt, vt vel
 luporum insultus præueniant, vel an su-
 perseminata sint zizania tritico animad-
 uertant. *O pastor & idolum*, inquit pro-
 pheta Zacharias capite II. versu 17. *dere-
 linquens gregem: gladius super brachium
 eius, & super oculum dextrum eius: brachium
 eius ariditate siccabitur, & oculus dexter eius
 tenebescens obscurabitur. Hi sunt, Isa. 56. 10.
 canes muti non valentes latrare, videntes va-
 na, dormientes & amantes somnia. Vigesimo
 quartò sub frondibus & sentibus latet &
 ex abscondito in insidijs aggreditur ouem*

23. *explo-
rant som-
nũ canũ.*

*Pastorũ
negligen-
tia.*

24. *Sub
frondibus
& senti-
bus latet.*

extra

extra ouile constitutam, similia diximus,
præcedenti cap. de leonum natura prima.

25. inuas
dit gut-
tur.

Vigesimoquintò, mox cùm veniunt
ad oues, guttur inuadunt. Hinc primò ste-
pidos faciunt religiosos & Ecclesiasticos
in hymnis, & canticis, & laudibus diuinis,
vt capite 6. ostendimus, more Iudæorum
qui prohibebāt cæcum misericordiã Chri-
sti, Luc. 18. exposcentem, & increpabant eũ
vt taceret. Secundò dum prohibent alios
prophetas veros ne prophetent, vt proba-
uimus superius capite 6. fol. 51. ex Isaie 30.
& Amos 2. capite. Tertio guttur claudunt
ouium, dum sacramentum confessionis au-
ricularis tollunt, veretur enim Diabolus
si secretiora quædam peccata pastoribus
reuelent, ne faucibus eorum extrahantur,
& de hoc superius dictum & alias dicetur.

26. rapit.

Vigesimo sextò, tota lupi natura eo
fertur vt rapiat. De rapina illorũ diximus
cap. 5. fol. 35. & cap. 23. cùm de leonum na-
tura egimus. Vis verò exactius scire quid
rapuerit Deo & hominibus Lutherus cum
suis affeclis? vide in tom. 4. Conciliorum
fol. 710. epistolam Adriani Pape ad Frede-
ricum Saxonix ducem datam anno 1522.
Nota verò, quod non tantum rapiat & oc-
cidat ad necessitatem, sed quotquot in-
uenit

cidat ad necessitatē sed quotquot inue-
 nit in grege solet trucidare, vnde Act. 20.
Non parcentes gregi. sic quicquid inuenire
 in Ecclesiasticis possunt, ad se rapere mol-
 untur: sicut & eorum doctrinā faciunt
 Principes, quod nunquam facerent, nisi il-
 lorū inanibus & falsis persuasionibus alle-
 cti, quod non tantūm de ijs qui alieni sunt
 à nostra religione: sed etiam de quibusdam
 principib⁹, ne dicam regibus Christianis &
 Catholicis dixerim. Non attendentes vn-
 de tanta bella eorum ditionibus inferan-
 tur, ita vt in hęc multò plura impendere,
 quàm ex direptionibus Monasteriorum,
 Episcopatum & Archiepiscopatum ac-
 ceperint cogantur, vel placuero vel
 displicuero hęc fraterno & religioso
 animo dicendo, id perferendum erit, ex-
 candescat qui volet, patiar, feram, finam.
 Cæterum hi magis in diuinam vindictam
 apud Ezechielem illis à Deo iusto vindice
 intentatam si possint excandescant, audiāt
 ergo non me sed Dominum Ezechielis 22.
 27. dicentem. *Principes eius in medio illius,*
quasi lupi rapientes prædam: ad effundendum
sanguinem, & ad perdendas animas, & auarè
sectanda lucra. Propheta autem eius linie-
bant eos abq; temperamento, videntes vana &

*Quomo-
do deci-
pantur
principes
vt rapi-
ant.*

D d

diuis

diuinantes eis mendacium, dicentes, hac dicit Dominus Deus, cum Dominus non sit locutus. Populi terra calumniabatur calumniam & rapiabant violenter: egenum & pauperem affligebant, & aduenam opprimebant calumnia absq; iudicio. Et quæsiui de eis virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam: & non inueni. Et effudi super eos indignationem meam, in ignem ira mea consumpsi eos: viam eorum in caput eorum reddidi, ait Dominus Deus.

27. in frigidis regionibus sunt magis asperi.

Vigesimo septimo in frigidis regionibus sunt magis asperi quam in calidis sic magis dominantur, vbi Matthæi capite 24. vers. 12. abundabit iniquitas & refrigescet charitas multorum, sed vt sequitur, qui perseverauerit usq; in finem, saluus erit, quæ enim oues mittuntur in medio luporum, teste Christo Matth. capite 10. his opus est & patientia simplicis columbe, & prudentia serpentis.

28 ignem timent.

Vigesimo octauo ignem timent maxime, teste Berchario, timent enim ne cineres relinquunt pro miraculis. Cæterum vbi vera fides, ibi ignis vis aut suspenditur Dan. 3. in fornace Babylonis, aut extinguitur, vt in S. Agnete, & Heb. 11. 33. vbi sancti extinxerunt impetum ignis aut patientissimè ferunt, vt sancti Machabæi 2. Mach. 7.

Vige-

Vigesimo nonò proficiunt semper in ^{29 profi-}
 peius, sic de hæreticis dicit D. Paulus 2. Ti- ^{ciunt in}
 mot. 2. 16. eos proficere ad impietatem, & ser- ^{peius.}
 monere eorum ut cancrum serpere, vt etiam
 dixi capite 22. Idem D. Paulus eadem epi-
 stola cap. 3. *Mali homines, inquit, & sedu-*
tores proficiunt in peius errantes; & in erro-
rem mittetes. Facta sunt eis, inquit D. Petrus
 2. Pet. 2. 20. *posteriora deteriora prioribus.*
 Sic quã blandierit in principio ficta reue-
 rentia Lutherus cap. 5. fol. 33. ostendimus,
 sic qua ouina pelle inceperit tantùm refor-
 mationis indulgentiarũ nomen allegando
 anno 1517. & quã sequenti anno 1518. Au-
 gustæ humilis fuerit, docent historici. Re-
 citauit enim publicè hæc verba ex scheda *Lutherus*
 corã Cardinali Caietano. *Ego frater Mar-* ^{quam ob}
sinus Luther Augustinianus, protestor me co- ^{seruans}
lere & sequi sanctam Romanam Ecclesiam in ^{Romana}
omnibus meis dictis & factis, presentibus, præ- ^{Ecclesia.}
teritis & futuris. Quod si quid contra vel ali-
ser dictum fuit vel fuerit, pro non dicto haberi
& habere volo, sed quo postea eruperit di-
 ctum capite 5.

Trigesimò teste Plinio lib. 28. c. 20. fe- ^{30. quo-}
 runtur in agrum non accedere, si captiui ^{modo}
 pedibus infractis, cultro adactò, paulatim ^{prohibeã}
 sanguis circa fines agri spargatur, atq; ipse ^{tur ab a-}
 gris.

defodiatur eo in loco ex quo cœpit trahi: sic falsi prophetę supplicio iusto enecati, vt infra capite 28. de pœnis illorum dicemus, non repullulant, maximè in exemplum aliorum eo in loco vbi cœperunt grassari & semina zizanix suæ spargere.

31. seipfos
deuorant

Trigesimo primò & postremò, cùm extrema fame laborant maximè in intentissima hyeme, feruntur se congregare, & in gyrum agere, & primum inter eos cadentem deuorare: ita cùm oues Christi capere non queunt, in seipfos insurgunt. Hi

Fily Mo-
ab Am-
mon &
mōtis Seir
in seipfos
insurgūt.

similes filijs Ammon, Moab, & montis Seir qui persequentes pientissimum Iosaphat, in seipfos tandem corripuerunt arma mirabili diuinæ iustitiæ argumento. Hinc 2. Paralip. 20. 22. dicitur. *Cū cœpissent cantores Iosaphat laudes canere, vertit Dominus insidias eorū in semetipsos, filiorum scilicet Ammon, & Moab & montis Seir, qui egressi fuerant vt pugnarent contra Iudam, & percussi sunt. Namq; filij Ammon & Moab consurrexerunt aduersus habitatores montis Seir vt interficeret & delerent eos: cumq; hoc opere perpetrassent, etiam in seipfos versi, mutuis concidère vñneribus. Sic Apoc. 16. 10. commandauerunt linguas suas præ doloribus & vñneribus*

neribus suis. Et Osee 2. *Diuisum est cor eorum nunc interibunt.* Hinc falsorū nostrorum prophetarum ab vno quasi fonte Lutheri scaturientium sectæ, inter se mutuo sunt dissidentes quàm plurimæ, vti olim & tempore Arrij, vt testatur Ruffinus lib. 1. hist. cap. 25. Iohannes Nauclerus duodecim refert. Alphonsus à Castro tit. de Deo hæreses eorum decem. Idem de se confitentur auctores Confessionis Augustanæ quòd inter illos non de rebus leuibus sed grauissimis exortæ sint dissentiones; Iac. Andreas Smidelinus Præpositus Tubingensis, in lib. 33. concionum facit mentionem quatuor præcipuarū sectarū Confessionis Augustanæ, sui interim immemor. Ambsdorffius in publica sua Confessione dicit de sex. Mansfeldici Concionatores enumerant nouem. Vveinmarienses, 10. alij plures. Brentius in der Rettung dero Ursachen / fol. 29. b. dicit quòd consentiāt vt aqua & ignis, vt ædificatores turris Babel. Maior Vvittenbergensis Theologus in oratione de confessionibus dogmatum ita ait de dissentione Lutheranorum. *Obijciunt nobis Pontificij scandalum discipulorum, fateor id maius esse quàm ullis vt lacrymis deplorari possit, fateor turbari infirmos*

Dd 3

animos

*Dissidiū
mutuum
hæretico-
rum.*

animos, vt dubitet vbi sit veritas, & an aliqua sit Ecclesia Dei distincta à cæteris gentibus. hæc ille. Nicolaus Selneccerus super ps. 13. dicit nulla egere quæstione de publica eorum dissensione, easq; enumerat, & quemlibet ait noua excogitare, vt se ita reddat celebrem. Hæc proprio ipsorum testimonio, qui vt patet à nobis exierunt velut paleæ à tritico: at non erant ex nobis, & regnum illud illorum in se diuisum desolabitur, & teste D. Hilario de Trin. lib. 7. bellum hæreticorum pax est Ecclesiæ. Ita Lutherus Calvinum & Calvinistas infectatur teste Caluino in vltima admonitione contra VVestphalum, vbi dicit eos indignos quos terra ferat, eosq; ad Indiã & barbaros homines amandandos. Ibidem arguit idem Lutherus Principum negligentiam, quòd Sacramentarios non absumant gladio & penitus deleant. Calvinus autem eodem loco, teste Edero tabula 37. postquam eos infano spiritu agitari dixit & facilitatem eorum ad quæuis mendacia, caninam malitiam, diabolicam superbiam tradidisset nennet sie darnach Schwindelgeister / grobe Kloten / hochtrabende Giganten oder Riesenzänckische Haderfaken / Schreyer / Vnebesunte Vnuernünftige Thier / Verribene

Auf

auffrürige vnd hartneckige Leute / an denen
 in summa nichts guts sey. Illyricani simi-
 liter cōtra Adiaphoristas. Illyricani enim
 Theologis VVittēbergenfibus & Lipsien-
 sibus obijciunt, quòd turpiter à Luthero
 & Christo defecerint, ac proinde peiores
 sint Ethnicis & publicanis, ita Gallus con-
 tra acta Adiaphoristarum. Hinc etiam
 Osiander & Heshufius suos seriò monent
 ne filios suos Vvittenbergam mittāt, eò q̄
 ibi Christus sit relinquendus, & in verba
 Philippi iurandū. Contrà Vvittenbergen.
 Illyricanis non parcunt de quibus in præ-
 fatione corporis doctrinæ aiunt, quòd sint
 homines quibuscum agi non possit, vt qui
 nec personas nec res attendant, sed statim
 omnia damnent: qui conuocant Concilia
 vbi, quæ, quomodo illis placet, & qui plus
 auctoritatis sibi sumant quàm Papa Ro-
 manus, & cogant vt quilibet attendat, quæ
 arrogantia sit sumptura exitum. Vvitten-
 bergenses contrà mira contra suum præ-
 ceptorem Lutherum fingunt, de quibus
 scribit Ioannes Spangenbergius, quòd Lu-
 therum vocent hominem philauticum
 sui & suarum ipsiusmet rerum tantum a-
 mantem. 2. Philonicum & Eristicum. Ein
 solche Hadermet, der allezeit wil recht haben/
 Dd 4 nulli

nulli cedere, 3. Doctorem hyperbolicum,
 & qui ex pulice camelum faciat. 4. Poly-
 pragmonicum, vt qui arroganter se in
 omnes res nec sibi cōmissas, nec ad se per-
 nentes immisceat, 5. Ostentatorē ingenij.
 6. Stoicum ein Storrkopff, vt qui suo tātum
 cerebro viuat aliosq; Tyrannidi subdat
 7. Somniatorem. Theologi VVitten-
 bergenses in disputatione Grammatica
 Selnecceri, eundem Nicolaū Selneccerum
 vocant hominem seditiosum, scriptorem
 sanguinolentum, detractorem, communis
 pacis impugnatores, calumniatores im-
 pium, Eutychnianū hæreticū. Nec illis par-
 cit rursus Selneccerus, sed inquit eos qui
 hoc asserūt loqui ex patre diabolo, calum-
 niatores, seditiosos, hæreticos esse, &c. Hor-
 renda conuicia conijcit in Brentium Bul-
 lingerus, teste eodem Brentio in recogni-
 tione prophetiæ, vocat eum calumniato-
 rem, superbum spiritum, detractorem,
 scurram, deceptorem impurum, impu-
 dicum, garrulum, deiectorem Christi
 ex throno cælesti, stultum, leuem, frau-
 dulentum, Eutychnianum, sophistam peio-
 rem Schvvenckfeldio, & infinita alia quæ
 ibidem commemorat ipsemet Brentius
 pagina quarta. Similia interim Bullinge-
 ro tri-

ro tribuit Brentius, vt qui prauis mendacijs optimos quosq; in errorem traxerit. In eodem mutuo laudis genere versantur Theologi Saxonici contra Iacobum Andream Smidelinum, qui eos cum Sueuicis Cõfessionistis conciliare & comparare voluit, qui ipsemet de se testatur, quam gratiarum actionẽ meruerit (Im Berichte von Christlicher Einigkeit der Sächsischen vnd Schwäbischen Predicanten) vt illum partim publicis typis, partim in vltimis literis ad ducẽ Iulium & Landgrauium Guilhelmũ missis vocet Chamelconten/ polypũ, Kramer/ Glockengiesser/ Schmelzer/ Aposteker/ Snrupmacher/ Brewer/ Distillirer/ Lügner/ Verfesscher/ Menger/ Hochnütigen Lestere/ vnwarhafftigen Verkleisterer/ Newen Interimisten, Coturnisten/ Verblender/ Blakunger/ Samaritaner/ Zungẽschleiffer/ Schwermer/ Kleiber/ Diebsgesellen/ Sophisten/ Plauderer/ Dünicher/ Gleißner/ reissenden/ fressenden Wolff/ des Teuffels Apostel/ Polnischen Stieffelmacher/ Muckensauger/ Camelschlucher/ Pelcker/ Fidler/ Teuffel in eines Engels gestalt/ Brillenmacher/ Tyriacks kramer/ Terminierer/ newẽ Tegel/ der kein gewissen hab/ leichtfertig/ der ein raumiges gewissen habe/ vor

aller Gottes frucht / einen Luftspringer /
 Bösen Balierer vnd Leisentretter / der
 Kott in Fäusten hab alles zubeschmieren /
 hab wider Augen noch Herz / Sey nicht bey
 sinnen / Der Christum vnd Belial in einen
 klumpen schmeltzen wolle / Pandoram ein
 Gefäß darinn alles vnglück stecke / leugt mit
 mit seiner Zungen. Adde quod Lutherus
 in Postilla Dominicę primæ Aduentus ait
 homines in suo nouo Eüangelio fieri dete-
 riores. quòd & apertè probat Musculus
 in lib. de prophetia Christi, & fufissimè
 Schmidelinus in quarta concione de pla-
 netis terrestribus Von den Irdischen Pla-
 neten / interim hi sibimetipsis multum ob-
 sunt, nobis plurimum profunt heretici:

Hilarius lib. de Trin. *Heretici, inquit, omnes se inuicem vincunt, nihil tamen sibi vincunt, victoria enim eorum Ecclesia triumphus ex omnibus est, dum in eo hæresis contra auctorem pugnat, quod in hæresi altera fides Ecclesia damnat.* Qui autem & quot emerferint hinc errores, aliàs dici potest, referuntur enim ab Edero tabula 4. Anabaptistæ in 37. hæreses diuisi, Sacramentarij in lib. 5. diuisi in 23. ibidem 8. Calvinistarum, in tab. 8. de rigidis Confessionistis 17. sectæ in 9. tab. de Adiaphoristis in 16. sectas &
 hæc

hæc breuiter duobus his capitibus de luporum natura, ingenio, moribus dicta sufficiant quoad quis occasionem dederit plura de his scribendi, & de fructibus illorum seu potius tribulis & spinis disputandi Interim oues diligenter attendant ad vestimenta sua quibus, se etiam lupo ut fallat & rapiat contegit: sicut & venatores tergoribus ferarum se vestiunt, quas illaqueare & aucupes aucularum quas captare student, cantum arte imitantur, ut eos simulata vocis imitatione aucupentur. Nulla ergo pietatis vera exercitia, quæ simulata tenent lupi rapaces, salutis suæ postponant: sed tantò cautius illa tueantur, quò callidius lupo rapax illis ut mactet & perdat, sese induit & operit.

* *
*



CAPVT

et /
der
n /
ben
ven
ein
mie
rus
ait
te-
lus
nè
la-
a
b
t,
7-
4
-
t
r
a
.
t
.

CAPVT XXVI.

FALSOS PROPHETAS
esse similes perdicibus, porcis &
fuiibus, ranis & muribus, serpen-
tibus & scorpionibus, &
vulpibus.

*ii. perdi-
cib⁹ sunt
similes.* SECUNDVM in hoc capite est, perdicibus
similes esse falsos prophetas, de his enim
dicitur id Ieremiæ 17. II. *Perdix fouit que
non peperit, fecit diuitias & non in iudicio: in
dimidio dierum suorum derelinquet eas, & in
nonissimo suo erit insipiens.* Sic pseudopro-
phetæ, qui vt post veros prophetas veni-
unt, fouent Christianos malos à bonis pro-
phetis educatos vt faciant diuitias, agant
prædas & rapinas, vt diximus, non in iudi-
cio, sicut & illorum inscitiam explicauim-
us: sic & eos perdisci & Diabolo comparat
D. Ambrosius lib. 7. epistolarum epist. 48.
*eo quod sit plenus dolo, fraude, fallacia, & scias
vias venatoris decipiendi, quod pateat multo-
rum libidini, aliena oua diripiat & foueat, par-
uus etiam alienos studeat acquirere. Cornices
verò vicissim fetum suum à perdicibus mira
arte.*

arte auocare ad similitudinem Christi, qui nos eripuit à potestate diaboli, quem stultum tandem spoliabit.

Secundò sunt similes porcis & suibus, idque varijs nominibus. Primò quia immundum est animal, eò quòd licet vngulam diuidat, non tamen ruminet, vt est Leuitici ii. 8. Deut. 14. 8. ita falsi prophetæ in concupiscentia immunditiæ ambulat 2. Pet. 2. 10. dominationem contemnant. Secundò est voracissimum animal vt etiam de gula eorum capite 14. docuimus. Tertium est, quòd vix erigat caput, adeo terrenis rebus adhærescit: sic falsi prophetæ nec se, nec suos ad diuinas res erigunt, sed cum impijs Psal. 16. 11. *oculos suos statuerunt declinare in terram.* Est enim illorum sapientia tota carnalis, terrena, animalis, diabolica, vt loquitur D. Iacob. quorum cor tantum fertur ad carnis desideria, similes duobus illis senibus iudicibus Dan. 13. à quibus egressa est iniquitas. Hi, vt est v. 8. *videntes Susannã exarserunt in concupiscentiam eius & euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos ne viderent calum, neq; recordarentur iudiciorum iustorum.* Erant ergo ambo vulnerati amore eius. Similia multa de nostris falsis prophetis patent

ex supe-

2. porcis
& suibus
similes in
sex.

2.

3.

& superiori capite 17. Quartò vescitur eis
 his sordidissimis. Hinc Iob capit. 30. Ege-
 state & fame steriles, qui rodebant in solitudi-
 ne squalentes calamitate & miseria. Et man-
 debant herbas, & arborum cortices, & radix
 4. iniperorum erat cibus illorum. Sic qui apud
 nos delitijs spiritualibus enutriti fuerunt,
 sordes sectantur: vt filius prodigus Luc. 15.
 filiquas porcorum famis necessitate pres-
 tus, frustra expetijt, vt verè propter hos in
 Lamentationibus suis dicat Ier. cap. 4. 5.
 5. *Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt
 stercora.* Hinc etiam post mortem iuxta
 vaticinium Isaia 5. 25. *erunt morticina eo-
 rum quasi stercus in medio platearum.* Quin-
 tò, in delicijs habet, iterum luto etsi totus
 sit lotus, inuolui. *Contingit enim illis, inquit
 D. Petrus 2. Pet. 2. 21. id prouerby, Prouer.
 26. 12. canis reuersus ad suum vomitum, & sis
 lota in volutabro luti. Melius enim erat illis,
 vt ibidem dicit S. Petrus, non cognoscere viam
 iustitie, quam post agnitionē retrorsum conuer-
 ti ab eo, quod illis traditū est sancto mandato.*

6. Sextò contemptores sunt rerum pre-
 tiosarum, si enim margaritam aliquam
 pretiosam inueniāt, eam nihili faciunt: sic
 multi vel verbum Dei negligunt vel per-
 uertunt & quasi conculcant pedibus pra-
 uorum

uorum suorum affectuum. Vnde Christus Matth. 7. *Nolite sanctum dare canibus, neq; mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos.* Hinc D. Paulus 1. Cor. 2. *Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, stultitia enim est illi nec potest intelligere.* Hinc Eccles. 21. *Verbum sapiens quodcumq; audiet sciens laudabit & ad se alliciet: audivit luxuriosus & displicebit illi, & proiciet illud post dorsum suum.* Vide plura de his porcis capite superiori 14. vbi de illorum ingluvie egimus.

Tertiò, ranis sunt similes & muscis. Est enim rana hieroglyphicum hæreticorum apud beatum Eucherium, eò quòd in cœno vilissimorum sensuum commorentur, & noua tantum garrulitate coaxare non desinant. Vide de hac re Pierij Valeriani Bellianensis hieroglyphicon lib. 29. Est venenosum animal. hoc animali Deus maximè afflixit Pharaonem & Aegyptios prohibentes filios Israel sacrificare Domino Hinc Dominus ad Moysen Exodi 8. 1. *Ingredere ad Pharaonem, & dices ad eum. Hæc dicit Dominus, Dimitte populum meum ut sacrificet mihi: si autem nolueris dimittere, ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis & cas.*

3. Ranis
similes.

& cat. Sic David Psalm. 77. v. 44. *Conuer-*
tit in sanguinē flumina eorū, & umbres eorum
ne biberent, Misit in eos Cynomyiam, & comedit
eos: & ranam & disperdidit eos. Et clariū de
 ranis psal. 104. 30. *Dedit terra eorum ranas*
in penetralibus regum ipsorum. Dixit & ve-
nit Cynomyia, & cinifes in omnibus finibus
eorum. Vide etiam Sapientiae 19. 10. *Cyno-*
myiam vocat Moyses Exod. 8. 24. muscam
 grauissimā. Grauari enim sunt muscis hæ-
 retici, qui siue viuæ, siue mortuæ perdunt
 Ecclesiastæ 10. 1. suauitatem vnguenti E-
 uangelici, Est enim animal id inquietissi-
 mum & sibi & alijs, nulliusq; dignitatis &
 auctoritatis habet rationem, sicut superius
 capite 8. probauimus Lutherum tan-
 tum fuisse criminatorem, vt nulli potesta-
 ti vel seculari vel Ecclesiasticæ calumni-
 ando pepercerit. Verū de his muscis lege
 D. Augustinum epist. 119. ad Ianuarium
 data. Sed ad rem redeundo, non tantū
 Dominus ranis percussit terram Aegypti,
 sed nouissimis his temporibus cedunt
 etiam in certam vindictam improborum
 hinc Apoc. 16. 13. inquit S. Ioannes. *Vidi*
de ore draconis, & de ore bestia, & de ore pseu-
dopropheta exire spiritus tres immūdos in mo-
duum ranarum. Sunt enim spiritus Damoni-
rum

rum facientes signa, & procedunt ad reges totius terra congregare illos in praelium ad diem magnam omnipotentis Dei. Rana imbellis est animal & multiloquax, vocem & strepitum edit maiorē, quā corpore valeat inquit sed viribus caret: ita si spiritus immundi & falsorum prophetarū magnum quidē strepitum edunt, & multos ad arma concitant, vt fecisse Lutherum & suos docuimus, verū omnis armorum & armatorum conatus tandem in nihilum vt sequentia in Apocalypsi docent, recident. De signis & portentis eorum diximus cap. 15.

Quartum est in hoc capite, quod sint similes serpentibus. Est enim serpens primò fugitiuum animal quod maximè se in fugam conijcit, ad quod alludens Saluator Matth. 23. 33. loquens Scribis & Pharisæis. *Serpentes, inquit, genimina viperarum, quomodo fugietis a iudicio gehenne?* Sic nostri temporis pseudoprophetæ non ferentes disciplinam Monasticam aut religiosam, qua se maiores nostri sanctissimi ad nouissimum iudicij diem præparabant, transfuge & apostatę facti sunt. Secundò caro eius frigida est: sic per illos refrigescit charitas multorum. Tertiò timet nudum, nam ve-stitum libentius aggreditur: sic hi nudos

4 similes

serpenti-

b^o in quin-

decim.

1.

2.

3.

Ee

& pau-

& pauperes spiritu, qui abiectis rebus terrenis nudi nudum Christum sequuntur; extimescunt: ditiores aggrediuntur, & illos mirantur turpis quæstus causa, vt diximus cap. 7. Quartò non rectis graditur vestigijs, sed tortuosis gradibus per pectus serpit: sic rectam diuinorum mādatorum semitam non ingrediuntur, idq; ex diuina maledictione. Quintò terra & puluere vescitur. Hinc Hai. 65. 25. *Serpenti puluis panis.* Et diuina maledictio præcedentem & hanc maledictionem complectens Gen. cap. 3. 14. ait Dominus Deus ad serpentem. *Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia & bestias terræ; super pectus tuum gradieris & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.* Vnde & Michæas inquit Mich. 7. 17. *Lingent puluerem sicut serpentes, velut reptilia perturbabuntur de adibus suis.* Sextò si animalia comedunt, lingunt, & maxime corda. Hinc Baruch 6. 19. *Corda eorū dicunt lingere serpentes, qui de terra sunt dū comedunt eos.* Septimò loca immūda & putrida & vmbrosa quærunt & eligunt, vt diximus superius de porcis. Octauò mordet in silentio, vt detractores faciunt, Eccles. 10. 11. *Si mordeat serpens in silentio, nihilo minus habet qui occultè detrahatur:* Sic ad publica
 Concilia

Concilia, vt diximus, vel non accedunt, vel si accedunt, mendacijs agunt, vt capite decimo diximus. Nonò est venenosum animal, volens nocere acuit linguam, & lingua eius nunquam quiescit propter vim veneni: sic Psal. 139. 4. falsi prophete acuerunt linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labijs eorum. Decimò cauda sua exerit venenum. Hinc Apocal. capite 9. 19. caudæ equorum à D. Iohanne visorum similes fuerunt serpentibus. Vide quæ de cauda Draconis capite vigesimo tertio, & quæ de cauda lupi capite vigesimo quarto diximus. Vndecimò iacta & deposita venena resumit, vt de cane cap. 23. & de porco superiùs hoc capite de eorum vomitu & luto tradidimus. Duodecimò sibilat antequam mordeat: specie enim simplici veniunt non minantes mortem, sed placetia, vt diximus, proponetes. Decimotertio furibundum est animal, & obturat aurem ne audiât incantatores. Hinc psal. 57. 5. *Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surda, & venefici incantantis sapienter.* Si enim non incantant sapienter, habet locum illud Ecclesiast. cap. 12. v. 13. *Quis miserebitur incantatori à serpente percusso, & omnibus qui appropiant bestis?*

9.

10.

11.

12.

13.

Sic etiam de falsis nostris prophetis, qui legem Dei nec audiunt, nec seruant; vt proprio illorum scripto docuimus, rectè dici potest illud Prouer. 28. 9. *Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Hodie ergò, vt cum Dauide psalm. 94. 8. & D. Paul. Heb. 3. 8. 15. & 4. 7. loquar, si vocem Dei audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Decimoquartò mittuntur à Deo in pœnam peccatorum, ita Numer. 21. 6. Deut. 8. 15. & 32. 24. Iudith 8. 25. Eccl. 39. 36. Ier. 8. 17. Amos 9. 3. 1. Corinth. 10. 9.

14. Decimoquintò calliditatem miram habet decipiendi, quod in Diabolo manifestum est, qui nomen serpentis habet, Isai. 27. 1. Apocalypsis cap 12. 9. & 20. 2. Is enim per serpentem locutus Genes capite 3. vers. 4. *Dixit enim serpens ad mulierem: Nequaquã morte moriemini. Scit enim Deus quòd in quocunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri: & eritis sicut Di sciens bonum & malum.* Vnde Eua v. 13. dicit. *Serpens decepit me, & comedi.* vt & D. Paulus 2. Corinth. cap. 11 3. Euam deceptam fuisse dicit. Verba autem Geneseos explicans D. Augustinus tom. 1. libro 2. de Genesi contra Manichæos ita hæreticis accomodat. *Et enim serpens ille, inquit, secundum propheta-*

tiam

riam, hereticorum venena significat, & ma-
 xime istorum Manicheorum, & quicumq; ve-
 teri testamento aduersantur. Non enim ali-
 quid manifestius prænunciatum arbitror, quã
 istos in illo serpente, vel potius illum in istis esse
 vitandum. Nulli enim loquacius atq; iactan-
 rius promittunt scientiam boni & mali: & in
 ipso homine tanquam in arbore, que plantata
 est in medio paradisi, eam dignoscantiam deo
 monstraturos se esse presumunt; & etiam illud
 quod dictum est; Eritis sicut Di, qui alij ma-
 gis dicunt quam isti qui per suam superbiam
 vanitatem, eandem superbiam suadere conan-
 tes, affirmant animã naturaliter hoc esse quod
 Deus est? Et ad quos magis pertinet apertio
 carnalium oculorum, quam ad istos qui relicta
 interiore sapientia luce, solem istum, qui per-
 tinet ad oculos corporis adorare compellunt? Omnes
 Et omnes quidem heretici generaliter scien- heretici
 tia pollicitatione decipiunt, & reprehendunt decipiunt
 eos quos simpliciter credentes inuenerunt; & scientia
 quia omnino carnalia persuadent, quasi ad pollicita-
 carnalium oculorum apertionem conantur tions.
 adducere, vt interior oculus excacetur. Sed
 istis etiam corpora sua displicent, non propter
 pœnalem mortalitatem, quam peccando me-
 ruimus: sed ita vt negent Deum esse corporum
 conditorem tanquam apertis oculis carneis

nuditas ista displiceat. Sed nihil vehemen-
 tius istos designat & notat, quam quod dicitur
 serpens, Non morte moriemini: sciebat enim
 Deus quoniam qua die ederitis, aperientur o-
 culi vestri. Sic enim isti credunt, quod ser-
 pens ille Christus fuerit, & Deum nescio quem
 gentis tenebrarum, sicuti affirmant, illud pra-
 ceptum dedisse confingunt, tanquam inuideret
 hominibus scientiam boni & mali. Ex ista
 opinione etiam nescio quos serpentinos natos
 esse arbitror, qui serpentem pro Christo colere
 dicuntur, nec attendunt Apostolum qui ait,
 Metuo, ne sicut serpens Etiam seduxit astutia
 sua, sic & sensus vestri corrumpantur. Hos er-
 go per istam prophetiam praefiguratos esse exi-
 stimo. Seducitur autem verbis huius serpen-
 tis carnalis nostra concupiscentia & per illam
 decipitur Adam, non Christus, sed Christia-
 nus: qui si praecipuum Dei seruare vellet, &
 ex fide perseueranter viveret, non veniret in
 illam deformitatem, ut cum sibi displiceret
 caro quasi nuditas sua, carnalia magis regu-
 menta mendaciorum, tanquam folia fici colli-
 geret, quibus sibi faceret succinctorium. Hoc
 enim isti faciunt, cum de Christo mentiuntur,
 & ipsum mentitum esse predicant: & tanquam
 abscondunt se a facie Dei ad sua mendacia ab-
 illius veritate conuersi, sicut Apostolus dicit,
 Es

Et à veritate quidem auditum auertent, ad
 fabulas autem conuertentur. Et ille quidem
 serpens, id est, ille error hæreticorum, qui ten-
 tat Ecclesiam, contra quem clamat Aposto-
 lus cum dicit: Metuo ne sicut serpens Euam
 seduxit astutia sua: sic & sensus vestri corrū-
 pantur. Ille ergo error pectore & ventre ser-
 pit & terram manducat, non enim decipit,
 nisi aut superbos, qui sibi arrogantes quod non
 sunt, citò credunt, quod summi Dei & anima
 humana una eademq; natura sit: aut deside-
 riy carnalibus implicatos, qui libenter audiū
 quòd quicquid lasciuie faciunt, non ipsi faciunt,
 sed gens tenebrarum: aut curiosos, qui terrena
 sapiunt, & spiritualia terreno oculo inquirunt.
 Haftenus D. August. que & nostri tempo-
 ris pseudopropheta sibi dicta existiment.
 Interim manet in Ecclesia nostra potestas
 illi data à Christo Marci c. 16. 19. tollendi
 huiusmodi: manet potestas calcandi super
 omnem potestatem inimici Luc. c. 10. 19.
 manet certum antidotum contra venena
 serpentis salua ieiunantium, & oratione
 & ieiunio genus hoc demoniorum Matth.
 cap. 17. 21. eijcientium.

Quintū est, quòd scorpionibus sint simi-
 les. Habent enim falsi propheta potestatem
 vt scorpiones terræ, vt dicitur Apoc. 9. 4.

Quos ma-
 xime de-
 cipiat D.
 abolus.

5. scorpia
 onibus sic
 miles.

Et 4

Et

Et præceptum est illis ne laderent fœnum terra, neq; omne viride, neq; omnem arborem; nisi tantum homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis, & datum est illis ne occiderent eos: sed ut cruciarentur mensibus quinque, & cruciatus eorum ut cruciatus scorpionum percutit hominem. Similia vers. 9. Sic vulnera sæua infligunt falsi prophetæ, & venenata, qualia venenatis sagittis infligi solent, ac moribus serpentum. Nam scorpio cauda latenter ferit, ut diximus cap. 5. fol. 37. Simile est Ier. 8. Ecce ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio, & mordebunt vos, ait Dominus.

6. Vulpibus similes.

Sextò sunt similes vulpibus in deserto. De his diximus capite 1. fol. 10. Et hæc de animalibus, quibus sunt similes falsi prophetæ breuiter dicta sufficiant. Nunc quomodo cognoscendi, & puniendi, videamus.

* *
*



CAPVT

CAPVT XXVII.

QVOMODO COGNO-
scendi falsi prophetæ, & qua-
re à Deo mittan-
tur.

DVO breuiter dicenda ex sacris literis.
Primò quomodò cognoscendi sint
falsi prophetæ. Secundò quare à Deo mit-
tantur. Quod ad primum attinet, inuenio
quatuor potissimū modos, quibus dignosci
possunt. Primus est, si aliena à Deo vero
doceant. Hinc Deuteronomij cap. 18. 20.
*Propheta autem qui arrogantia deprauatus
voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præ-
cepi illi ut diceret: aut ex nomine alienorum
Deorum, interficietur.* Secundus est, si non
euenerit, quòd falsus propheta dixerit.
Hinc eodem capite Deut. 18. 21. *Quòd si
in acuta cogitatione responderis: Quomodo pos-
sum intelligere verbum quod Dominus non est
locutus? hoc habebis signum, Quòd in nomi-
ne Domini propheta ille prædixerit, & non e-
uenerit: hoc Dominus non est locutus, sed per
tumorem animi sui propheta consinxit: & id-
circo non timebis eum.* Tertius est si non

*Quatuor
modis co-
gnosci pos-
sunt falsi
propheta*

2.

E 5 audierit

audierit Apostolos & Apostolicos viros, ut est Iohannis capite 4. 6. *Nos ex Deo sumus. Qui nouit Deum: audit nos, qui non est ex Deo: non audit nos. In hoc cognoscimus spiritum veritatis, & spiritum erroris.* Sic Matth. 1. 8 17. *Si Ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus & publicanus.* Lutherus nõ modò non audiuit Apostolos, sed etiam eorũ scripta corripit, & essentialia sanctæ Trinitatis ex ep. Ioã. sustulit, vt docuimus c. 5. Quartò ex fructib' eorũ, vt nos monet Saluator Mat. 7. 16. *A fructibus, ait, eorũ cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis uuas, aut de tribulis ficus? Disparatos autem fructus tradit D. Paulus ad Gala. 5. 22. Fructus autem spiritus est: charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas. Aduersus huiusmodi non est lex. Ibidem vers. 19. enumerat fructus carnis. Manifesta sunt opera carnis, que sunt, Fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, emulationes, ira, rixæ, dissensiones, secta, inuidia, homicidia, ebrietates, cõmessationes & his similia, que prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.* Secundò, nunquid colligunt de spinis uuas? Vnde auctor operis imperfe-

Eti in

*Fructus
falsorum
prophe-
tarum.*

gnoſcetis eos. Nunquid colligunt de spinis uuas, aut de tribulis ficus? Disparatos autem fructus tradit D. Paulus ad Gala. 5. 22. Fructus autem spiritus est: charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas. Aduersus huiusmodi non est lex. Ibidem vers. 19. enumerat fructus carnis. Manifesta sunt opera carnis, que sunt, Fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, emulationes, ira, rixæ, dissensiones, secta, inuidia, homicidia, ebrietates, cõmessationes & his similia, que prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Secundò, nunquid colligunt de spinis uuas? Vnde auctor operis imperfe-

Et in Matth. hom. 19. Ergo non possunt spina Spina falsi
 & tribuli ecclesiasticos fructus proferre. Sed forū pro-
 phetarū. quid proferūt? Vulnera, tribulationes & cate-
 ramala. Quemadmodum spina vel tribulus ex
 quacunq; parte illā conspexeris, habet aculeos:
 sic & seruos diaboli ex quacunq; parte conside-
 raueris, iniquitatibus pleni sunt. Si loquitur, in-
 dolo loquitur: si tacet, male cogitat: si irasci-
 tur, insanit; si patienter agit, tempus expectat
 nocendi, & oportunitatē considerat quando no-
 ceat. Si male agit, nō erubescit: si bene facit, ad
 vanam gloriā propter homines facit. Quomo-
 do proferat bonum fructum, cuius radix dia-
 bolus est? Sub arbore bona & bestia & anima-
 lia requiescunt; sub spinis autē nullum animal
 quiescere potest nisi tantūmodo serpētes. Neq;
 mirum hæreticos spinas esse, quia maledi-
 dicto sunt proximi, tollentes enim omnes
 benedictiones fructuū terræ, accipiūt illud
 Gen. 3. 17. Maledicta terra in opere tuo, spinas
 & tribulos germinabit tibi. Et dū Euangeliū
 illud nouū turpis quæstus causa occiditur,
 meritō exortæ spine suffocant in illis semē
 verbi Dei Luc. 8. veri, quod est in Ecclesia
 antiqua. 4. Adde illas spinas meritō inue-
 niri apud hæreticos, quia maximè crescunt,
 apud illos qui nō laborant, aut sese in spiri-
 tualibus rebus exercent, aut si mauis, apud
 pigros.

412 **DE FALSIS PROPHETIS,**

pigros. Vnde Prou. 24. 39. *Per agrū hominis
piori transiui, & per vineam viri stulti: & ec-
ce totum repleuerunt vrtica, & operuerunt su-
perficiem eius spine, & maceria lapidum de-
structa erat.* Vnde & Prouer. 15. 19. *Iter im-
piorum quasi sepes spinarū: via iustorum absq;
offendiculo.* Hæ spinæ hæreticorum adhuc
benedictum Christi caput pungunt: sem-
per enim contra summum eius vicarium
insurgunt. Cæterum veniet aliquando il-
lud Isai. 33. 12. *Spinae congregatae igni combu-
rentur.* Et D. Pauli ad Hebræos 6. 7. *Ter-
ra, &c. proferens spinas ac tribulos: reprobata
est, & maledicto proxima, cuius consummatio*

*Tribuli
falsi pro-
pheta.*

in combustionem, vide infra num. 6. Tribuli
exteriorē habēt apparentiā, etsi dissoluātur
nihil cōpactum habent, sed omnia ad simi-
litudinem plumæ, sunt nulli vsui aptæ, nisi
vt vestimenta hominum inficiant: ita va-
nissima quæq; & disiunctissima inuenies
apud falsos prophetas & hæreticos. De alijs
illorum fructibus satis dictum à capite 7.
ad præsens 27.

*Quare
Deus fal-
sos pro-
phetas to-
leret tres
sunt cau-
sæ.*

Secundum in hoc capite est, quare Deus
tam sceleratos homines toleret, & eis per-
mittat vt veniant. Causæ huius tres potif-
simæ sunt, quarum prima est, vt qui pro-
bati sunt, manifesti fiant. Vnde D. Paulus

I. Co.

i. Corinth. ii. 17. cū de sacra Eucharistia tanta apud Corinthios esset dissensio. Hoc, inquit, precipio non laudans, quod non in melius, sed in deterius conuenitis. Primum quidem conuenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo. Nam oportet & hereses esse: ut & qui probati sunt, manifestentur. Altera causa est eiusdem D. Pauli 2. Thessalonicenses, quod homines charitatem veritatis non recipiunt, vnde in dicta epistola cap. 2. 8. inquit. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui: & destruet illustratione aduentus sui eum, cuius est aduentus secundum operationem Satanae, in omni virtute, & signis & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis ijs qui pereunt, eo quod charitatem veritatis non receperunt ut salui fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio: ut iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.

Tertio & generales causæ, sunt peccata hominum; Nam Deus, Iob. 34. 30. regnare facit hypocritam propter peccata populi ita permittit hæreticos, & falsos prophetas propter hominum scelera & flagitia. Vnde apud Oseam prophetam de stulto propheta

414 DE FALSIS PROPHETIS,

propheta ait Osee 9. 7. *Venerunt dies visitationis, venerunt dies retributionis, scitote Israel stultum prophetam, insanum virum spiritualem, propter multitudinem iniquitatis tuae & multitudine amentiae. Multo clarius & fufius id proponitur Ezechiel capite 14. 1. cum inquit: Et venerunt ad me viri seniorum Israel, & sederunt coram me. Et factus est sermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, Viri isti posuerunt immunditias suas in cordibus suis, & scandalum iniquitatis suae statuerunt contra faciem suam: nunquid interrogatus respondebo eis? Propter hoc loquere eis, & dices ad eos. Hec dicit Dominus Deus, Homo homo de domo Israel, qui posuerit immunditias suas in corde suo, & scandalum iniquitatis suae statuerit contra faciem suam & venerit ad prophetam interrogans per eum me: ego Dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum. Ut capiatur domus Israel in corde suo, quo recesserunt a me in cunctis idolis suis. Propterea dic ad domum Israel, Hec dicit Dominus Deus, conuertimini, & recedite ab idolis vestris, & ab uniuersis contaminationibus vestris auertite facies vestras. Quia homo homo de domo Israel, si alienatus fuerit a me, & posuerit idola sua in corde suo, & scandalum iniquitatis suae statue-*

rit contra faciem suam & venerit ad prophetam, ut interroget per eum me: ego Dominus respondebo ei per me. Et ponam faciem meam super hominem illum, & faciam eum in exemplum & in prouerbum, & disperdam eum de medio populi mei: & scietis quia ego Dominus. Et propheta cum errauerit, & locutus fuerit uerbum: ego Dominus decepi prophetam illum: & extendam manum meam super illum, & delebo illum de medio populi mei Israel. Et portabunt iniquitatem suam: iuxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas propheta erit: ut non erret ultra domus Israel a me, neque polluatur in uniuersis prauaricationibus suis: sed sint mihi in populum, & ego sim eis in DEVM, ait Dominus exercituum. Locus hic difficultatem maximam parit, ut cum dicit. Ego Dominus decepi prophetam istum. Verum hic me reuoco ad ea quæ superius cap. 2. fol. 11. docui ex sententia D. Thomæ, quomodo Deus iubeat Satane 3. Regum 22. ut egrediatur, & decipiat Achab. dicatur Egredere, inquit, fac ita. Idem iudicium obdurare de hoc & similibus locis, ut Iob cap. 12. 24. excacare Qui immutat cor principum & decipit eos, & decipere eos facit quasi ebrios. Et Isa. cap. 63. 17. perere.

Quare

416 DE LUPIS RAPACIBVS,

*Quare errare nos fecisti de vjstis. Ad Romo.
24. Tradidit illos Deus in reprobū sensum. Sic
Ezod. 9. 12. & 10. 1. Induravit Deus cor
Pharaonis, & 9. 18. Quem vult Deus indura-
rat. hoc est, iusto iudicio permittit vt in-
duretur, auxilium alioqui non debitum
subtrahendo, & potentiā in sceleratis ho-
minibus coercendis ostendendo. Dimisit,
inquit David psal. 80. 13. eos Deus secundum
desideria cordis eorum, ibunt in adiuventioni-
bus suis. Quia nec Dei scientiam meren-
tur, nec ad eam consequendam animum
mentemq; disponunt, vt ostendit locus
Exod. nono. citatus. Manet enim vera
sententia D. Iacobi, qua asserit cap. 1. 13.
Nemo cum tentatur, dicat, quoniam à Deo
tentatur. Deus enim intentator malorum est:
ipse autem neminem tentat. Unusquisq; verò
tentatur à concupiscentia sua abstractus & il-
lectus. Deinde concupiscentia cū concepe-
rit, parit peccatum: Peccatum verò cū
consummatum fuerit, generat
mortem.*

CAPVT

CAPVT XXVIII.
 DE POENIS FALSORVM
 prophetarum, tam in eorum
 vita, quàm post mor-
 tem.

Hic breuiter persequar, primò huius
 vitæ pœnas, postmodum eas, quæ
 post mortem inferuntur, quas in sacris li-
 teris potissimas ordine alphabetico inue-
 nire potui. Vbi primò occurrit, quòd Deus
 illos absynthio cibabit. Sic Ierem. 23. 14.
*Et in prophetis Ierusalem vidi similitudinem
 adulterantium. & iter mendacij: & confor-
 tauerunt manus pessimorum, vt non conuer-
 teretur vnusquisq; à malitia sua. Facti sunt
 mihi omnes vt Sodoma, & habitatores eius
 quasi Comorrha. Propterea hæc dicit Domi-
 nus exercituum ad prophetas. Ecce, cibabo
 eos absynthio, & potabo eos felle: à prophetis*
 enim Ierusalem egressa est pollutio super om-
 nem terram. Secundò percutientur amen-
 tia, vt ex Oseæ 97. superiori cap. diximus. 3. *Con-*
 Tertiò confundentur Ier. 2. 26. *Quomodo funden-*
confunditur fur quãdo deprehenditur, sic con-
fusi sunt domus Israel, ipsi & reges eorum, prin-
cipes & sacerdotes, & propheta eorum Sic ca-

Ff

pite

pite 6. 13. A minore quippe usq³ ad maiorem
 omnes auaritia student: & a propheta usq³ ad
 sacerdotem cuncti faciunt dolū. Et curabant
 contritionem filie populi mei cum ignominia,
 dicentes, Pax, pax: & non erat pax. Confu-
 si sunt, quia abominationem fecerunt: quin
 potius confusione non sunt confusi, & erubescere
 nescierunt, quamobrem cadent inter ruens
 res, in tempore visitationis sue corruent, dicit
 Dominus. Adde cap. 8. 10. 11. 12. Propterea
 dabo mulieres eorum exteris, agros eorum here-
 dibus: quia à minimo usq³ ad maximū omnes
 auaritia sequuntur: a propheta usq³ ad sacer-
 dotē cuncti faciunt mēdaciū. Et sanabant cō-
 tritionem filie populi mei ad ignominiam, di-
 centes, Pax, pax: cū non esset pax: confusi
 sunt, quia abominationem fecerunt. Nec dis-
 sentit qui inquit Zachar. 13. 4. Et erit in die
 illa confundentur propheta, unusquisq³ in vi-
 sione sua cūm prophetauerit, nec operientur
 pallio sacco, vt mentiantur. Vide etiam
 Micheæ cap. 3. ver. 4. Quartò consterna-
 buntur. Ier. 4. 9. Et erit in die illa, dicit Do-
 minus, peribit cor regis & cor principum, & ob-
 stupescēt sacerdotes, & ppheta cōsternabūtur.
 Quintò delendi sunt de medio populi Dei
 Ezech. 14. 9. Et propheta cūm errauerit, &
 locutus fuerit verbum: ego Dominus desepi
 prophe-

4. Con-
 sternabū-
 tur.

5. Delen-
 di de me-
 dio popu-
 li.

prophetam illum: & extendam manū meam
 super illum, & delebo eum de medio populi mei
 Israel. Sextò dispergendi Ierem. 13. 13. 14. 6. Disper
 Et dices ad eos. Hęc dicit Dominus, Ecce ego gentur.
 implebo omnes habitatores terræ huius, & re-
 ges qui sedent de stirpe Dauid super thronum
 eius, & sacerdotes, & prophetas, & omnes ha-
 bitatores Ierusalem ebrietate: & dispergā eos
 virum à fratre suo, & patres & filios pariter,
 ait Dominus: non parcā, & non concedam:
 neq; miserebor ut non disperdam eos. Et cap.
 14. 18. Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gla-
 dio: & si introiero in ciuitatem, ecce attenuatū
 fame: propheta namq; & sacerdos abierunt in
 terram quam ignorabant. Cap. 23. 39. Prop-
 terea ecce ego vos tollam portans, & derelin-
 quā vos, & ciuitatē quam dedi vobis, & patri-
 bus vestris à facie mea. Septimò Fame. Ier.
 14. 14. 15. Et dixit Dominus ad me, Falsi pro-
 pheta vaticinantur in nomine meo, nō misi eos,
 & non pracepi eis, neq; locutus sum ad eos: vi-
 sionem mendacem, & diuinationem fraudulen-
 tam, & seductionem cordis sui prophetant vo-
 bis. Idcirco hæc dicit Dominus de prophetis qui
 prophetant in nomine meo, quos ego non misi,
 dicentes, Gladius & fames nō erit in terra hæc:
 In gladio & fame consumentur propheta illi.
 Vide quæ ex eodem Ieremia paulò antè

membro 6. diximus capite sexto folio 50.
 Octauò Felle potandi Ier. 23. 15. vt mem-
 bro primo ex Ieremia cap. 23. diximus.
 8. Felle potandi. Nonò Fornicatione vxorum, & filiorum
 9. Fornicatione mortis. Amos c. 7. 17. Propter hoc hæc dicit
 vxorum & filij tui & filie tue in gladio cadent, & humus
 punien- tua funiculo metietur: & tu in terra polluta
 tur. morieris, & Israel captiuus migrabit de terra
 sua. Loquitur ad Amasiam falsum prophetam.
 Decimò Furore Domini perpetuo, Ierem.
 cap. 23. vers. 16. vt membro 1. Hac dicit
 Dominus exercituum. Nolite audire verba
 prophetarum, qui prophetant vobis, & deci-
 piunt vos: visionem cordis sui loquuntur, non
 de ore Domini, Dicunt his qui blasphemant
 me, Locutus est Dominus, pax erit vobis, &
 omni qui ambulat in prauitate cordis sui, di-
 xerunt. Non veniet super vos malum. Quis
 enim affuit in consilio Domini, & vidit & au-
 diuit. Ecce turbo Dominice indignationis
 egredietur, & tempestas erumpens super caput
 impiorum veniet. Non reuertetur furor Do-
 mini, vsq; dum faciat, & vsq; dum compleat
 cogitationem cordis sui, in nouissimis diebus in-
 telligetis consilium eius. Non mittebam pro-
 phetas & ipsi currebant: non loquebar ad eos,
 & ipsi prophetabant. Si stetissent in consilio,
 & nota

& nota fecissent verba mea populo meo, auer-
 tissent utiq³ eos à via sua mala, à cogitationi-
 bus suis pessimis. Undecimo Gladio de II. Gla-
dio.
 medio tollentur. Hinc 4. 10. 25. Factum
 est autem, cum completum esset holocaustum,
 præcepit Iehu militibus & ducibus suis, In-
 gredimini & percutite eos scilicet sacerdotes
 & pphetas Baal, nullus euadat: percusseruntq²
 eos in ore gladij, & proiecerunt, milites & du-
 ces; & ierunt in ciuitatem templi Baal, &
 protulerunt statuam de fano Baal, & com-
 bufferunt, & comminuerunt eam, destruxerunt
 quoq³ adem Baal, & fecerunt pro ea latrinas
 vsq³ in diem hanc. Sic Ier. 2. 30. Frustra per-
 cussisti filios vestros, disciplinam non receperunt
 deuorauit gladius vester prophetas vestros.
 Sic idem Ier. cap. 14. 14. 15. vt in 7. dixi-
 mus. Vide etiam sequens membrum ex
 Apocal. 10. Duodecimò Igne. Tren. 4.
 11. 12. 13. Compleuit Dominus furorem suum, 12. Igne.
 effudit iram indignationis sue: & succendit
 ignem in Sion, & deuorauit fundamenta eius.
 Non crediderunt reges terræ, & vniuersi ha-
 bitatores orbis, quoniam ingrederetur hostis &
 inimicus per portas Ierusalem. Propter peccata
 prophetarum eius & iniquitates sacerdo-
 tum eius, qui effuderunt in medio eius sangui-
 nem iustorum. Apoc. 10. 10. 20. 21. Et vidi
 Ff 3 besti.

bestiam & reges terra, & exercitus eorum congregatos ad faciendum praelium cum illo qui sedebat in equo, & cum exercitu eius. Et apprehensa est bestia, & cum ea pseudopropheta, qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestia, & qui adorauerunt imaginem eius: vivi missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis, & sulphure. Et ceteri occisi sunt gladio sedentis super equum qui procedit de ore ipsius, & omnes aues saturatae sunt carnibus eorum. Hinc etiam Apoc. II. 5. De ore duorum testium prophetantium exibit ignis, & deuorabit inimicos eorum. Sicut 4. Reg. I. 10. ad imperium Heliae prophetae descendit ignis de caelo & deuorauit duos principes quinquagenarios cum 50. militibus eorum. Decimo tertio Morte & interfectione, Deut. 13. 5. Propheta autem ille aut fictor somniorum interficetur, quia locutus est ut auerteret vos a Domino Deo vestro, qui eduxit vos de terra Aegypti, & redemit vos de domo seruitutis; ut errare te faceret de via, quam tibi praecepit Dominus Deus tuus: & auferes malum de medio iui. cap. 17. 12. Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel: cunctusq;

13, Mor-
te & in-
terfectio-
ne.

cunctusq; populus audiens timebit, vt nullus
deinceps intumescat superbia. In similē sen-
tentiam vide Deut. 18. 20. & de Hanania
Ier. 28. 10. 11. 15. 16. 17. vt cap. 1. diximus
fol. 4. & de Semeia Nehelamite Ier. 29. 31.
32. vt in eodem capite 1. fol. 4. & de Ama-
lia Amos 7. 17. superius puncto 9. Hinc 3.
Reg. 18. 40. dixit Helias ad filios Israel,
Apprehendite prophetas Baal, & ne vnus
quidem effugiat ex eis. Quos cū apprehen-
dissent, duxit eos Elias ad torrentem Cison, &
interfecit eos ibi. Ita vt verū dixerit Oseas
Oseæ cap. 6. v. 5. Propter hoc dolui in pro-
phatis, & occidi eos in verbis oris mei.

Decimo quartò, Obtenebrabuntur, 14. Obtea
Micheæ cap. 3. 5. 6. 7. Hæc dicit Dominus nebrabūo
super prophetas qui seducunt populum meum: tur.
qui mordent dentibus suis, & prædicant pa-
cem: & si quis non dederit in ore eorum quip-
piam, sanctificant super eum pralium. Prope-
terea nox vobis pro visione erit; & tenebra
vobis pro diuinatione: & occumbet sol super
prophetas, & obtenebrabitur super eos dies.


Et confundentur qui vident visiones, & con- 15. Oppro-
fundentur diuini & operient omnes vultus brio sem-
suos, quia non est responsum Dei. Decimò piterno
quintò, Opprobrio sempiterno Ier. 23. 38. subiace-
Hæc dicit Dominus. Quia dixistis sermonem bunt.

Ff 4

istum,

istum, Onus Domini: & misi ad vos, dicens, Nolite dicere, Onus Domini: propterea ecce ego tollam vos portans, & derelinquam vos, & civitatem quam dedi vobis, & patribus vestris a facie mea. Et dabo vos in opprobrium sempiternum, & ignominiam aeternam, qua nunquam oblivione delebitur. Decimosextò, Punientur in posteris, & quidem de posteris Samariæ ex Ier. 29. 32. cap. 1. fol. 4 Et de posteris Amariæ Amos 7. 16. superius puncto nono diximus. Decimoseptimò procella tenebrarum illis servatur in æternum, ita D. Iudas v. 13. Decimooctauò. Post mortem verò eorum ossa igne cremantur, bonorum prophetarum intactis relictis, & insepulta iacebunt. Ita fecit Iosias 4. Regum 23. 16. Et conuersus Iosias, vidit ibi sepulchra quæ erant in monte: misitq; & tulit ossa de sepulchris, & combussit ea super altare, & polluit illud iuxta verbum Domini quod locutus est vir Dei, qui prædixerat verba hæc. Et v. 18. Et ait dimittite eum (scilicet bonum prophetam) nemo commoveat ossa eius. Et intacta manserunt ossa illius cum ossibus propheta, qui venerat de Samaria. vt prædictum 3. Reg. 13. 2. Et exclamavit contra altare in sermone Domini, & ait, Altare, altare, hoc dicit Dominus, Ecce filius nascetur do-

*mui David Iosias nomine, & immolabit super
 te sacerdotes excelsorum, qui nunc in te thura
 succendant, & ossa hominum super te incendet
 Sic Ier. 8. 1. 2. 3. In illo tempore, ait Dominus,
 eicient ossa regis Iuda, & ossa principum eius,
 & ossa sacerdotum, & ossa prophetarum,
 & ossa eorum qui habitauerunt in Ierusalem,
 de sepulchris suis. Et expandent ea ad solem
 & lunam, & omnem militiam cali qua dilexe-
 runt, & quibus seruiert, & post qua am-
 bulauerunt, & qua quiesierunt & adoraue-
 runt: non colligentur, & non sepelientur: in
 sterquilinum super faciem terra erunt. Et
 eligent magis mortem quam vitam omnes qui
 residui fuerint de cognatione hac pessima in
 vniuersis locis qua derelicta sunt, ad qua eieci
 eos, dicit Dominus exercituum. Demum ip-
 simet igne æterno cruciabuntur, vt ex Apo-
 calypsi c. 19. superius puncto 12. diximus.*



CAPVT XXIX.

**DE POENA AVDIEN-
 tium & sequentium falsos
 prophetas.**

POENAE hæ vix sunt dispares à pœnis
 ante positis falsorum prophetarum.

Ff 5

Hi

Hi enim primò destruetur vt paries, qui litus est luto absq; paleis, de quo agit Ezech. cap. pene toto 13. II. Fame occidetur, Ier. 14. 13. Et dixi, A. A. A. Domine Deus, propheta dicunt eis, Nō videbitis gladiū, & fames non erit in vobis, sed pacem veram dabit vobis in loco isto. vers. 15. 16. 17. Idcirco hæc dicit Dominus de prophetis qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi, dicentes, gladius & fames non erunt in terra hac: In gladio & fame consumentur propheta illi. Et populi quibus prophetant, erunt proiecti in vis Jerusalō præ fame & gladio, & nō erit qui sepeliat eos: ipsi & uxores eorum, filij & filia eorum, & effundam super eos malum suum. Et dices ad eos verbum istud. Deducant oculi mei lachrymam per noctem & diem, & non taceant: quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei, plaga pessima vehementer. Si egressus fuero ad agros, ecce, occisi gladio: & si introiero in ciuitatem, ecce, attenuati fame. Propheta namq; & sacerdos abierunt in terrā quam ignorabant. Tertiò, Gladio vt paulò occubēt. ante mem. 2. ex Ier. 14. Adde Apoc. 19. 21. Et ceteri occisi sunt in gladio sedentis super equum, qui procedit de ore ipsius: & omnes aues à leonibus iugulantur, vt est 3. Reg. 13. 15. vbi loquitur

quitur propheta Samariæ ad prophetam *terficiun-*
 in Bethel, *Veni mecum domum, vt comedas tur.*
panem, &c. Et vers. 24. de eo qui audiuit
 falsum prophetam, loquens, ait, *Qui cum*
abisset, inuenit eum leo in via, & occidit, & e-
rat cadauer eius proiectū in itinere: asinus au-
tem stabat iuxta cadauer. Quintò, sine se-
 pultura erunt, ita Ier. 8. 1. 2. 3. vt superiori c.
 28. 23. Sic de Ioram rege Israel dicitur 4.
 Reg. 9. 23. *Conuertit autem Ioram manus*
suam, & fugiens ait ad Ochoziam. Insidia
Ochozia. Porro Iehu tetendit arcum manu, &
percussit Ioram inter scapulas: & egressa est
sagitta per cor eius, statimq; corruit in curru
suo. Dixitq; Iehu ad Badacer ducem. Tol-
le, projice eum in agro Naboth Iezrahelita:
memini enim quando ego, & tu sedentes in cur-
ru sequebamur Achab patrem huius, quòd
Dominus onus hoc leuauerit super eum, dicens,
Si non pro sanguine Naboth, & pro sanguine
filiorum eius, quem vidi heri, ait Dominus,
reddam tibi in agro isto, dicit Dominus. Nunc
ergò tolle, & projice eum in agrum iuxta ver-
bum Domini. Sic de illis, quorum periit fi-
des Ier. 7. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. Et dices
ad eos, Hec est gens qua non audiuit vocem
Domini Dei sui sui, nec recepit disciplinam
periit fides, & ablata est de ore eorū. Tòde capit
luno

lum tuum, & proijce, & sime in directū plan-
 etum: quia proiecit Dominus, & reliquit ge-
 nerationem furoris sui, quia fecerunt filij Iuda
 malum in oculis meis, dicit Dominus, & reli-
 quit generationem furoris sui, quia fecerunt
 filij Iuda malum in oculis meis, dicit Dominus.
 Posuerunt offendicula sua in domo, in qua in-
 uocatum est nomen meū, ut polluerent eam: &
 edificauerunt excelsa Topheth, quæ est in valle
 filij Ennō, ut incenderent filios suos, & filias suas
 igni: quæ nō præcepi nec cogitavi in corde meo.
 Ideo ecce dies venient, dicit Dominus, & non
 dicetur amplius, Topheth, & vallis filij En-
 nom: sed vallis interfectionis: & sepelient in
 Topheth eò quòd non sit locus. Et erit mortici-
 num populi huius in cibos volucris celi, &
 bestijs terræ, & non erit qui abigat. Et quies-
 cere faciam de urbibus Iuda, & de plateis Ier-
 usalem vocem gaudij, & vocem letitiæ, vocē
 sponsi, & vocem sponsæ: in desolatione enim e-
 rit terra. Sic Ioachim sepultura asini sepe-
 lietur Ier. 22. 19. Sepultura asini sepelietur,
 putrefactus & proiectus extra portas Ieru-
 salem. Et meritò quidem, cū enim es-
 set rex Iuda, tantū abest vt audiret pro-
 phetas, vt etiam librum sermonum Jere-
 mię prophetæ, vt est Ieremiæ 36. 23. scal-
 pello incisum combureret. Quem haud
 dissimi-

dissimili impietate secutus est Lutherus, cum ius Canonicum Vvittenbergæ per summam improbitatem igni consumendum tradidit: sed, ut ibidem dicitur apud Ieremiã, ita & hic dici potest. Non timuerunt, neque sciderunt vestimenta sua rex, & omnes serui eius, qui audierunt vniuersos sermones istos.

Sextò, Tota domus deletur. Sic de tota domo Achab regis Israel à Iehu deleta. 4. Regum 10. 6. dicitur. *Rescripsit autem Iehu eis, scilicet optimatibus Samariæ, literas secundo, dicens, Si mei estis, & obeditis mihi, tollite capita filiorum domini vestri, & venite ad me hac eadem hora cras, in Iezrabel. Porrò filij regis, septuaginta viri, apud optimates civitatis nutriebantur. Cumque venissent litera ad eos, tulerunt filios regis, & occiderunt septuaginta viros, & posuerunt capita eorum in cophinis, & miserunt ad eum in Iezrabel. Et v. 10. Videte ergo nunc, quoniam non cecidit de sermonibus Domini in terram, quos locutus est Dominus super domum Achab, & Dominus fecit, quod locutus est in manus serui sui Elia. Percussit igitur Iehu omnes qui reliqui erant de domo Achab in Iezrabel & vniuersos optimates eius, & notos, & sacerdotes, donec non remanerent ex eo reliquia. Hæ sunt*

6. Tota
domus de
letur.

funt reliquiæ istius Achab, q̄ quadringentos falsos prophetas aluit: quiq; postposito vero vaticinio Micheæ mentitum à Sedechia falso propheta secutus est, vt cap. 1. fol. 3. diximus. Neq; præterita contentus Dominus, aliam mox subiungit. Pergit enim in eodem 4. lib. Reg. cap. 10. v. 12. de Iehu vlciscente improbitatem domus Achab. *Et surrexit, & venit in Samariam: cumq; venisset ad Cameram pastorum, in via, inuenit fratres Ochozia regis Iuda, dixitq; ad eos, Quinam estis vos? Qui responderunt, fratres Ochozia sumus & descendimus ad salutandos filios regis, & filios reginae. Qui ait, Comprehendite eos viuos. Quos cū comprehendissent viuos, ingulauerunt eos in cisterna iuxta Cameram, quadraginta duos viros, & non reliquit ex eis quenquam v 17. Duxit, Ionadab filium Rechab in Samariam. Et percussit omnes qui reliqui fuerant de Achab in Samaria, vsq; ad unum, iuxta verbum Domini quod locutus est per Eliam. Et hæc ex prophetia 3. Reg. 21. 24. Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes: si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volueres cali.*

Septimò, A bestijs vorabuntur, vt impijssimæ Iezabel accidit, quæ magis quàm Achab

Achab falsis prophetis dedita fuit, vt ex
 multitudine eorundem superius capite 1.
 fol. 2. ostendimus. Hanc itaq; interem-
 pturus rex Iehu, inquit ad eunuchos 4.
 Reg. 9. 33. *Præcipitate eam deorsum, & præ-*
cipitauerunt eam, aspersusq; est sanguine pa-
ries, & equorum ungula conculcauerunt eam.
Cūq; introgressus esset, vt comederet, biberetq;
ait, Ite & videte maledictam illam, & sepeli-
te eam; quia filia regis est. Cūq; issent vt se-
pelirent eam, non inuenerunt nisi caluariam,
& pedes, & summas manus. Reuersiq; nun-
ciauerunt ei. Et ait Iehu, Sermo Domini est,
quem locutus est per seruum suum Eliam
Thesbiten, dicens, In agro Iezrael comedent
canes carnes Iezabel, & erunt carnes Iezabel
sicut stercus super faciem terra in agro Iezrael
ita vt prætereuntes dicant, Heccine est illa Ie-
zabel? Atq; ita completum est vaticinium
Helix dicentis 3. Reg. 21. 21. Ecce ego in-
ducam super te malum, & demetam postero-
ra tua, & interficiam de Achab mingentem
ad parietem, & clausum, & ultimum in
Israel. Apoc. 19. 17. Et vidi unum angelum
stantem in sole, & clamauit voce magna, di-
cens omnibus auiibus que volabant per mediū
caeli. Venite, & congregamini ad cenam ma-
gnam Dei. & vers. 21. Et ceteri occisi sunt in
 gladio

7. *A be*
stis vorabuntur.

gladio sedentis super equum, qui procedit de ore ipsius, & omnes aues saturatae sunt carnis eorum. Sic Ierem. 7. 33. Erit morticinum populi huius in cibos volucris caeli, & bestiis terrae, & non erit qui abigat.

Octavo, Ossa eorum de sepulchris extrahentur Ierem. capite 8. vers. 1. Eiciant ossa regum Iuda, & ossa principum eius, & ossa sacerdotum, & ossa prophetarum, & ossa eorum qui habitauerunt Ierusalem, de sepulchris suis. Et expandent ea ad solem, & lunam, & omnem militiam caeli quae dilexerunt, & quibus seruiuerunt & post quae ambulauerunt, & non sepelientur: in sterquilinum super faciem terrae erunt. &c. Et haec de falsis prophetis lupisq; rapacibus Christiano lectori pro temporis breuitate sufficiant, cui si intellexero praesentem hunc laborem placuisse, animus addetur, vt his similia coplura Deo conatibus meis faeliciter fauente typis subijci curem.

* *
*

FINIS.

L A V S D E O.